

ligiosus alterius. requiritur ut canonicè transferatur, c. Cum singula, §. fin. de preben. in 6. sed canonicè non transferatur abloz nova professione ut ex not. in d. c. Cum singula respondit Navarra. conf. 61. incip. Quidam Abbas in 2. de regular. Ergo religiosus unius religionis fieri non potest religiosus alterius absque nova professione; & per consequens absque novo anno probationis, qui ad professionis validitatem exigitur tam de jure communi in Ordinibus Mendicantium, c. Non solum, & c. Constitutionum, de reg. in 6. quam generaliter in omnibus ex decreto Concilij in d. c. 15.

55 Et confirmatur, quia si sic transiens non tenetur in secunda religione profiteri, sequeretur ut prohibito suæ voluntatis posset quandoocumque ad primam reverti, liber enim est recessus a religione, quamdiu quis non est illi tacite, vel expresse per professionem obligatus, ut hic, & cap. 2. supra eod. c. Consult. c. Postulasti, & c. Statuimus, infra eod. cap. 1. in princ. hoc tit. lib. 6. & c. univo de voto,

56 eod. lib. cum similib. Ideoque videmus translatum ab uno ad aliud monasterium ejusdem ordinis posse per Abbatem quandoocumque revocari ad primum, cap. Volentes, §. in eod. vers. Et si liberè possint ad eadem monasteria revocare, de privis. in 6. Sed consequens est absurdum; quia post canonicam translationem non licet amplius ad primam religionem reverti, nisi servatis ijs quæ de jure ad novam translationem requiruntur, juxta c. Liter, infra eod. & supra, c. Sane, gl. in c. Non est volis, in verb. Permittere, supra eod. alioquin fas esset regularibus temerè convertere ab una ad aliam religionem, quod tamen nec licet ab uno ad aliud monasterium, ut in cap. Joannes, supra eod. sequitur ergo ut sic transiens teneatur iterum profiteri, & consequenter novum annum agere, cum ex decreto d. cap. 15. in nulla religione admittatur ad professionem qui minori tempore, quam per annum in probatione iteret.

57 Ad hæc annus probationis datur tam novitio, quam religioni, ut alter alterius qualitates experitur priusquam invicem indissolubiliter obligetur, ut hic, & in c. Non solum, & c. Constitutionem, infra eod. lib. 6. Dignum est enim ut qui similem cum alijs vitam suscipiunt, similem sentiant in legibus disciplinam, ut in c. Revalentes, infra de stat. Monach. potest autem facillè accidere ut regularis affectus in strictiori observantia difficulter possit se conformare moribus fratru laxioris religionis; ideoque perpetuis conscientie stimulis agitur cum eis nulla fruatur animi tranquillitate, sed vivat anxius, & inquietus. Unde priusquam obligetur secunde religioni, & ipse claudatur illi regressus ad primam, æquum est ut spatium habeat, ac tempus deliberandi, quod inlubidum fragilitatis humane fuit à SS. PP. institutum, ut in hoc c. Et in d. c. Non solum. Et vice versa potest probabiliter contingere ut regulares ægre terant mores, & actionum professi in strictiori regulari, & proinde inter translatum, & ceteros regulares perpetua sit morum discrepantia, ac dissensio animarum. Nam coherere, & conjungi non possunt quibus studia, & vota diversa sunt, ut legitur in c. In nova, 16. q. 7. Quod considerant, Feder. de Sen. & Petr. de Perus. loci initio citari supra, 35. & 36. Plerumque enim Monasterium, quod semper tranquillum fuerat, litigiosus recepto aliquo, & seminante discordias non quietit,

ut formaliter dicebat Host. n. 4. Quapropter grave est inexpertis monasteriis applicari, c. Monasterij, 19. q. 1. Unde Host. eod. n. 4. consulti, ut in receptione, & postquam in professione accipienda, caveat sibi Abbas: nam natus in pera, serpens in gremio, ignis in sinu, malam consueverunt retributionem exhibere hospitibus, cap. Esti Indes, infra, de Indes, Probetur ergo diligenter priusquam monasterio alligetur, arg. c. 1. 5. penult. supra de Cler. Peregrin. ne contingat postea poenitere, sed sero, arg. c. 1. de serv. non oritur. cum suis concord. Amplius, cum ambulare debeant homines de virtute in virtutem, c. 1. de translati. c. Legimus, 23. dist. 1. Et gradatim, de muner. & honor. & nemo mittens manum, Sec. c. Magna, de voto. Quinimo in viam Dei non progredi sit retrogredi, secundum B. Bern. relatum à Jo. And. & Pet. de Anchar. in d. c. Revalentes, in prima. de stat. Monach. Hinc docuit experientia regulares migrantes ad laxiorem vitam plerumque licet ceteris deterioros. Quapropter Augustinus scribens ad Clerum & populum Hipponensem Epist. 137. ait, (Quo modo distelle sum expertus meliores, quæ in monasterijs profectant; ita non sum expertus peiores, quam qui in monasterijs ceciderunt, Jalias legitur, delecterunt, quod referuntur in c. Quancumlibet dist. 47. Probet ergo illos religio, & quos habiles invenierit, expulso anno probationis ad professionem admittat, aut e monasterio ejiciat, ad Concil. Trid. præscriptum c. 16. vers. Vinto, sess. 25. de regul.

61 Considerandum est etiam in religionibus strictioribus observantia, etiam votum paupertatis in particulari ærectissime observetur, nihil tamen deesse religiosi ex ijs, quæ necessaria sunt, juxta præceptum ejusdem Concilij in cap. 2. sess. 25. de regulariter quoad ægrotos, debiles, aut senio confectos, in quos præcipua exerceantur opera Charitatis, quæ forte non ita se habent in religionibus laxioribus, in quibus religiosi coguntur ipismet sibi necessaria comparare, & ut sæpe audivimus, non alio prætextu, ac palamento conantur se, licet peperam, à retentione peculij excusare, nisi quod religio necessaria eis ad vitam non subministrat, præsertim in infirmitatibus, quod est inaxiatè considerabile, cum præcipua causa legitima transeunt ad laxiorem sit iniuriam, & debilita complexionis, ut notant Gemm. & Franc. in d. c. Cum singula, §. Prohibemus, præp. finem de preben. in 6. quæ ratio valdè urget etiam ex parte Superiorum regularium, à quibus sic transiens per annum probari debet, ne propter infirmam valetudinem, aut virum imbecillitatem perpetuo sit inutilis, & onerosus monasterio. Unde iustum est sine novitium, sive religionem spectemus, ut alter alterum probet priusquam obligetur ex quasi contractu, qui dicitur fieri inter profellum, & monasterium, ut hic notant Doctores, & in cap. Veracium, supra eod. & propterea cum S. Congregatio declaravit eum, qui morbi causa Superiorum probationem permissu exijt & Monasterio, post æpletum probationis annum, posse inde ad triennium receptum itatim profiteri absque nova probatione, prudenter adjecta verba illa, nisi religionis, aut personæ conditio sit immutata, quæ satis confirmat opus esse novo anno probationis quovis tempore; regularis disciplina diversa est ab illa, quam quis ab initio professus fuit.

Hanc

Hanc sententiam generaliter in eo, qui transit ad laxiorem Religionem, sequutus est Navarra. d. conf. 62. de reg. & clarus conf. 67. incipien. N. o. lina. Ordinis, ubi movetur tum decreto Concilij Trid. quod generaliter loquitur; tum quia, inquit, annus probationis non solum datur in favorem professuri, ut experitur, id quod professurus est: sed etiam in favorem eorum, qui professionem suscipere debent, ut experiantur mores suscepti an convenient suæ Congregationi; & ita licet qui expertus est strictiorem regulam, satis videri possit expertus laxiorem, & sic ex parte illius cessare videatur necessitas eum probandi: non tamen ad hoc tollitur monasterio necessitas probandi mores illius, qui longè melius cognoscuntur tractatu annali, quam mestruo, vel semestri, vel alio minori, & conf. 61. Quidam Abbas, n. 4. de reg. dixit non esse absurdum ut antiquus, & veteranus in una religione sit postea novitius in alia.

Quod videtur etiam ex antiquis tacite sensisse Host. in c. Liter col. 3. sub n. 16. vers. Sed quid si monasterium infra eod. ubi ait: Si dubitatur an regularis sit legitime translatus necne, ita demum secundum monasterium compellitur illum defendere, si à tempore transitus sit elapsus annus; aliàs est restituendus priori monasterio. Atque ita indistinctè sentit Host. transeuntem ad aliud monasterium ita demum esse illi incorporatum, si steterit per annum, ac propterea tacite professionem emisit, juxta cap. 1. de regul. lib. 6. & Clem. Eus, eodem, tit.

Nec dissentit Fed. de Sen. conf. 5. nam ipse non putavit requiri novum annum probationis in eo, qui transfertur ut præsit, quia per assumptionem prælationis in secundo monasterio videtur tacitam professionem emisisse, ac renunciavisse anno probationis, quod fieri poterat de jure communi in ordinibus non Mendicantium, ut hic patet, & in c. Statuimus, infra eod. juncto c. Non solum & c. Constitutionem, eod. tit. lib. 6. sed aliud censuit in eo, qui tamquam Monachus transfertur ut sublit.

64 Ad eundem hanc sententiam videtur olim probasse S. Congreg. Concil. nam cum dubitatum esset an professus in una religione, & ad aliam translatus etiam laxiorem auctoritate Sedis Apostolicæ posset renunciare anno probationis: Respondit non posse, nec illam renunciationem per Superiorem concessam intra annum recipi debere sed teneri eum iterum profiteri, juxta formam traditam, c. 15. sess. 25. de reg.

65 Unde legitur, ut nec obstat contraria observantia; quia cum hic casus sit comprehensus dict. cap. 15. non valet contraria consuetudo etiam immemorabilis, utpote sublata cap. ultim. ejusdem sessionis.

66 Expedit autem ut in dubio ita declaretur ad compellendam facilitatem, & frequentiam transitus à strictiori ad largiorem religionem ejusdem Ordinis. Quam ob causam olim Alex. VI. statuit ut Fratres Minores de Observantia transeuntes ad Conventuales ejusdem ordinis essent incapaces successione, ut refert Rodoan. de reb. eccl. non alien. q. 8. m. 38. & Rodriq. de reg. tom. 2. q. 28. vers. Advertendum tamen, facit tex. in Clem. 1. de reg. & in c. 1. eod. tit. in extr. aug. commun.

67 Cum eo tempore ad eum esset de supra scripto dubio in S. Congregatione Concilij responsum est transeuntem de licentia Sedis Apostolicæ ad

laxiorem religionem, etiam ejusdem Ordinis, teneri in secunda religione novum annum probationis peragere. Sed quod novam professionem, subditante Cardinali Iustiniano, articulus non fuit decisus: tamen ex anno probationis, qui est præambulus ad professionem, & frustratorius esset professione non sequuta, satis inferri possit ad obligationem iterum profitendi.

DE REGVLARIBVS.

Cap. Sicut nobis.

S V M M A R I V M.

- 1 Professorem qui fecit, & habitum suscepit, licet nunquam steterit in claustris, ad observantiam regularem compellitur.
- 2 Votum an solemnizetur ex susceptione habitus professorum extra monasterium.
- 3 Profiteri quis potest etiam in lecto, & in domo propria.
- 4 Tolerantia, & patientia Superiorum delictum subditis non excusat.
- 5 Abbas dispensare non potest ut Monachus vivat diffusus.
- 6 Prescribere non potest Monachus contra obedientiam Monachalem, quantumcumque temporis degat extra monasterium.
- 7 Professio emissa à Novitia in mortis articulo per circumventionem Abbatissæ non valeat, & an dos sit monasterio acquisita, & n. seqq. usque in finem.
- 8 Professio emissa per dolum, & circumventionem Abbatissæ an obliget profitentem, anve illius bona sint hereditibus restituenda, & num. seqq. usque ad num. 22.
- 9 Dolo in spiritualibus non vitiat contractum.
- 10 Dolo bonus dicitur, quo quis ad meliorem vitam inducitur.
- Declaratur, num. 13.
- 11 Dolo malus quid sit.
- 12 Professio puella non est irrita ex eo quod Episcopus illius voluit atem non exploraverit.
- 13 Dolo allici quis non debet ad religionem ingrediendam.
- 14 Bona seducti ad Religionem cur monasterio non requirantur, & n. seqq.
- 15 Dolo suus nemini debet esse lucrosus.
- 16 Contractus bone fidei dolo iniurus est ipso iure nullus.
- 17 Dolo datus causam contractui ita demum nocet, si sit dolo ipsius contractuentis, secus si alterius.
- 18 Dolo an debeat esse Abbas, & monasterij ad hoc ut bona seducti ad Religionem sine hereditibus restituenda.
- 19 Prelatus tutori, & curatori æquiparatur.
- 20 Dolo tutoris, vel curatoris datus causam contractui nocet pupillo.
- 21 Prelatus solus in querendo potest Ecclesia præiudicare.
- 22 Professio emissa in articulo mortis obligat profitentem si sit mentis compos aliis secus.
- 23 Matrimonium potest contrahi etiam in mortis articulo.
- 24 Metus mortis an & quando vitiet professionem.
- 25 Quid sit metus mortis naturalis.
- 26 Et quid si mortis accidentis casualis.

G 3

Et

- 2 Ergo si moriis accidentalis violentia Et quid si magis non fuerit ordinata ad professionem extorquendam, num. 29.
- 28 Metus mortis cur inficiat professionem si sit incussus ab homine, non autem si divinitus sit illatus.
- 30 Professio in mortis articulo an censetur emissa in fraudem substituti, seu venientium ab intestato, & n. seq. usque in finem.
- 31 Profiteri non videtur suscipiens habitum religionis in morte, nec eius bona monasterio deseruntur.
- 32 Renunciatio facta in articulo mortis presumitur in fraudem expectantis.
- 33 Professio emissa a Monialisibus S. Dominici in articulo mortis constituit ante annum probationis elapsum ex indulto Pij V. professio quo ad spiritus alia tantum, non autem quoad temporalia.
- 34 Mortis proximus non presumitur immemor salutis eterne.
- 35 Dolus non presumitur in his, que habent iuris assistentiam.

SICUT NOBIS. Qui professionem fecit, & habitum recepit, licet nunquam steterit in claustris, sed in saculo proprijs bonis fuerit usus, ad observantiam regularem compellitur. Hoc dicit. Commis. divisio. Secunda ibi, *Fraternitati*; in qua primo solvit casum; secundo solvit oblatum, ibi, *Cum quod.*

Nota primo ibi, *de recuperanda sanitate desperans.* Eum, qui tan gravimorbo affligitur, ut de presentia vita desperet, nihilominus obligari ex professione, de quo tamen latius dicam infra n. 22. & seqq.

2. Secundo nota ibi, *Habitum Canonicorum Regularium.* Votum solemnizari extra susceptionem habitus professorum, etiam extra monasterium, prout hic notant Butr. in 1. *notab.* & Anchar. n. 2. Oppositum tenuit post Holl. *Collectarium*, & alios in cap. *infirmante*, num. 30. infra, *Qui cler. vel voren.* Et ad hunc textum respondeo istum clericum non tantum suscipisse habitum professorum, sed etiam fecisse professionem expressam, secundum Holl. *hic n. 2. in ver. habitum*, Jo Andr. & alios in summa hujus textus, quod aperte probat littera, ibi (*Regularem habitum se postulare suscepit*, & ad observantiam religionis canonicę suę se professione ligavit; alioquin ex sola susceptione, vel delatione habitus extra claustrum professio tacita non inducitur, cap. *Ut clericus*, supra eod. & ex sententia S. Congreg. Concilij scripti plenius in predicta Decretali *infirmante*, & est ex mente gloss. *penult. hic.*

3. Tertio nota ibi, *Sed nec ad Ecclesiam transiit;* Ingressum in monasterium non esse de substantialibus monachatus; ideoque posse quem valide profiteri etiam in lecto, & in domo propria, ut hic est casus secundum Jo. Andr. & omnes, & notat Abbas in 2. *notab.* Sed an hoc sit verum, præsertim post Concil. Trid. Clem. VIII. scripti latissimè in d. c. *infirmante*, à n. 24. usque in fin. 4. Quarto nota ibi, *Videntibus, & scientibus.* Delictum subditi non excusari ex patientia, & tolerantia Superioris. Facit textus in cap. *Cum iam dudum*, vers. *Cum multa per patientiam tolerentur*, supra de *preben.* quandoque tamen tolerantia hujusmodi inducit dispensationem in casibus,

in quibus Abbas potest dispensare, ut in eisdem articulis. Sed ut Monachus dissolutè vivat Abb. dispensare non potest, ut cap. *Cum ad monasterium*, in fin. de *stat. Monachor.* secundum Ancharan. *hic num. 4.*

6. Ultimo nota ex illis verbis, *Quod tanto tempore contra Canoniam mansit.* & c. Monachum quantumcumque temporis moram traxerit extra monasterium nunquam præscribere contra obedientiam Superioris, nec se in libertatem vindicare, quia illam possidet mala fide, & in talibus diuturnitas temporis culpam non minuit, sed auget, ut hic, & in cap. *Quia ingreditibus*, supra de *testam.* in cap. *Quod Deo pari*, 33. q. 5. & in cap. *fin. de consuetud.* cum alijs hic allegatis in gloss. ult. Unde dicit lex, *Reticulum est meliorem fieri conditionem furis propter continuationem furti*, ut l. *Insciando*, §. *Injans*, ff. de *furt.* & servus fugitivus sui furtum facit, & ideo nec habet locum usufructus, nec longi temporis præscriptio, & dicit text. in l. 1. c. de *servo fugit.*

7. QUÆRO, An valeat professio emissa à novitia in articulo mortis per circumventionem Abbatissę, & an dos fuerit monasterio acquisita.

Quædam puella gravissimo morbo contagiosa, nempe ethico cum spūto sanguinis purulento diu laborans medicorum judicio desperata suasionibus Abbatissę ac Monialium monasterij ubi añum probationis peregrat, inducta professionem emisit, postquam infra dies quindecim ex hac vita migravit. Et quia Decreto Concilij Trident. c. 16. sess. 23. de *Regular.* statuitur ut finito tempore novitatus Superiores novitios, quos habiles invenerint, ad profitemdum admittant, aut è monasterio eiciant: atque alio decreto cap. 17. eiusdem sess. cautetur ut pacilla, quæ habitum regularem suscipit, professionem non emittat, nisi exploraverit Episcopus an seducta sit, an sciat quid agat, & si voluntas eius pia ac libera cognita fuerit, habueritque conditiones requisitas juxta monasterij illius, & Ordinis regulam, liberè ei profiteri liceat: Dubitatum fuit an huiusmodi professio emissa ab inhabili ad religionem, & ad mortem tendente, atque alieno adjutorio indigente, ut se in illo actu sustentare possit, valida esset, necne? & quatenus esset valida, an cum Abbatissa dolose, ut supponitur, timens ne dicta puella decederet non professa, ad finem ut lucrum dotis monasterio cederet, patre illius reclamante, qui dotem assignaverat, illam clam ad professionem induxit; dos hujusmodi propter dolum ad patrem superstitem reverti debeat: an verò quæ sit fuerit monasterio. S. Congreg. Concilij die 26. Novembris 1616. & si vita fuerit sentire validam esse professionem, ut proponitur, emissam; nihilominus tam in judicio validitatis professionis, quam restitutionis bonorum factis putavit audire eos, quorum interest: itaque postea petita est resolutio instante Procuratore monasterij, atque audito etiam Procuratore venientium ab intestato.

8. Proposita quæstio duas implicat inspectiones, & utramque bimbembem. Prima inspectio est an eadem validitatis professionis, aut dotis acquisitioni officiat dolus, & circumventio Abbatissę. Secunda est an eadem validitatis, aut acquisitioni obstat quod professio emissa fuerit in mortis articulo.

Circa primam inspectionem solutio difficultatis

tis quoad utrumque membrum habetur ex canone *Constitut.* 20. quæst. 3. qui duplicatur in *epistol.* 16. q. 7. ubi aperte statuitur ut qui per dolum, & circumventionem Abbatissę professionem emittit, cogatur in religionem perseverare, sed ipsius bona hæredibus reddantur, & ita per illum text. firmat Innoc. in cap. *Dudum*, num. 4. in ver. *Allexerunt*, infra, de *convers. coniugat.* ait enim: *Quem vis non debeat quis dolo allici ad religionem ingrediendam, hoc tamen non irritat votum; sed quoad bona temporalia bene obest dolo.* & ideo monasterium illa non lucratur, sed hæredibus deferuntur. Idem firmat Speculator in *tit. de statu Monachorum*, §. *fin.* num. 71. vers. *Excipitur tamen*, Bald. in *Auth. Si qua mulier*, in *fin.* vers. *Ultimo quæro*, c. de *Sacr. Sancti. Eccles.* ubi refert, & approbat dicta Speculatoris, Abb. in d. cap. *Cum dilectus*, num. 12. supra, quod met. *caus.* ubi asserit probari in d. cap. *Constitut.* quod si dolo quis fuerit inductus ad intrandum religionem, tenet ingressus; sed si religiosi, qui dolo illum induxerunt, fecerunt hoc propter bona temporalia illius, non debent illa bona habere; & subdit illum calum esse singularem, quem etiam dicit valde notabilem Decius in cap. *In presentia*, num. 31. de *probat.* Idem tenent gloss. Archid. & Doctores in d. cap. *Constitut.*, & sequitur Navar. in *Comm. 2. de Regular.* num. 31. & alii recent.

9. Ratio hujus decisionis quoad primum membrum validitatis professionis ea esse dignoscitur secundum Archid. ibi num. 2. & Turcrem. in ver. *Manere cogantur*, quia qualitercumque quis fiat voluntarius, tenet conversio; unde congruè dicitur in text. *Perseverare cogantur*; quia licet allicti, tamen voluntarii intraverunt. Et quamvis dolo causam contractui dederit, & Ecclesia non debet fraudem facere in suis contractibus, cap. *Per casus*, de *donat.* imò bonæ fidei contractus dolo initus sit ipso jure nullus, cap. 1. 15. quæst. 6. l. *Et eleganter*, ff. de *dolo*; tamen secus est in spiritualibus, c. *Dudum*, & ibi gloss. in ver. *Spes*, infra, de *convers. coniugat.* cap. *Cum dilectus*, & ibi gloss. fin. & Doctores, supra quod met. *caus.* nam secundum Archid. *loc. citat. circa finem.* Idcirco spiritualis contractus etiam dolo initus valet, quia hic dolo suum effectum non habet; effectus enim, & finis doli est decipere, ut l. 1. §. *Dolum*, ff. de *dolo*, iste autem non decipitur, quia vice Dei hominem supra caput suum imponit, cap. *Statimus*, 19. quæst. 3. Item non potest dici deceptus qui se Christo conjunxit, ut ait gloss. in d. cap. *Constitut.* in ver. *Cogantur*: dolo enim, quo quis inducitur ad meliorem vitam, dicitur dolo bonus; & ideo valet professio, quia jura non subveniunt nisi adversus dolum malum, ut dicit Abbas in d. cap. *Cum dilectus*, num. 12. & Bero. in c. *In presentia*, num. 107. vers. *Ratio diversitatis*, de *probat.* & ante eos gloss. præalleg. in d. cap. *Dudum*, & est textus in cap. *Veniens*, de *convers. coniugat.* Dolus autem malus est calliditas, fallacia, seu machinatio ad circumveniendum, fallendum, & decipiendum alterum adhibita, ut diffinitur in d. l. 1. §. *Dolum*, ff. de *dolo*. Quo fit ut minor per dolum, & circumventionem illictus, & seductus ad religionem ingrediendam non restituatur in integrum, ut tenet gloss. fin. in d. c. *Cum dilectus*, supra quod met. *caus.* [Quia (inquit) non videtur deceptus qui meliorem vitam elegit, vel cuius conditio melior facta est,] ut ait

Turcrem. in d. cap. *Constitut.* circa finem, & sequitur Abbas in cap. *Cum vivam*, num. 6. supra eodem, & fuit dictum gloss. in d. cap. *Dudum*, in ver. *Spes*.

12. Nec prædictis obstat quod Concilium Tridentinum in cap. 17. sess. 23. de *Regular.* jubet explorari voluntatem puellæ an sit seducta; siquidem hoc tantum innuit ut non liceat puellam seducere ad religionem ingrediendam: sed hinc non sequitur ut si fuerit seducta, non obligentur ex professione, cum præsertim omisso explorati onis voluntatis professionem non vitiet, ut Sac. Congregatio declaravit. Unde quod superius diximus dolum, quo quis inducitur ad religionem, esse bonum dolum. Notabiliter limita ut procedat tantummodo respectu ipsius ingredientis, cuius conditio melior effecta est, non autem respectu inducentis; quia fas non est decipere quemquam seducere, vel allicere ad religionem, si tamen fiat, hoc non irritat votum, ut declarat Innoc. præallegat. in cap. *Dudum*, num. 4. in ver. *Allexerunt*, de *convers. coniugat.*

14. Cur autem bona puellæ, at præsertim seductæ, vel illicte non acquirantur monasterio, quod est secundum membrum primæ inspectionis similiter multiplex est ratio. Prima deducitur ex d. cap. *Constitut.* 20. q. 3. videlicet nec turpis lucri sectatores, qui non in tractum animarum, sed in avaritiam, & turpe lucrum inhiantes quempiam circumveniendi totoderunt, id est ad profitemdum induxerunt, ex sua circumventionem, & dolo commo-

15. modum consequantur. Unde ex eo textu congruè Turcrem. in extremis verbis sumit argumentum, quod nulli suus dolo debeat esse lucrosus. Altera ratio est secundum Bero. in d. c. *In presentia*, num. 105. de *probat.* quia oblatio bonorum, quæ ex professione consequitur, sit natura contra-ctus bonæ fidei, & non stricti juris, cum de jure canonico omnes contractus sint bonæ fidei, ut tradit Bald. in c. 1. supra de *plus per.* Contractus autem bonæ fidei vitiantur ipso jure propter dolum tantem causam contractui, ut d. cap. 1. 15. q. 6. & d. l. *Et eleganter*, & ibi Bart. & Doctores, ff. de *dolo*, Plenè Archid. in d. cap. *Constitut.* num. 1. c. 3. & ibi etiam Bellam. in *prime.*

17. Tertiam denique rationem differentię cur valeat professio illicte ad religionem, & non autem bonorum oblatio ex professione consequens subtiliter assignat idem Bero. in præallegat. c. *In presentia*, num. 107. vers. *Sed tu noviter considera*: nam secundum eum dolo sive det causam, sive incidat, ita demum vitiat, si fit dolo ipsius contractantis, secus si fit dolo tertii, quia talis dolo etiam det causam, non nocet, ut est text. in d. l. *Et eleganter*, §. 1. & ibi notat Bart. Quando autem fit oblatio de persona, & rebus duplex fit contractus, alter cum monasterio, & conventu respectu bonorum; & hunc contractum vitiat dolo monasterij, tanquam dolo contractantis, ut in d. c. *Constitut.* 20. q. 3. & per Bart. in d. l. *Et eleganter*. Alter contractus fit de persona cum Christo, & non cum homine; quia ratione voti quis obligatur Deo, ut c. *Magna*, infra, de *voto*, c. *Cum ad monasterium*, de *stat. Monachor.* gloss. ult. in d. cap. *Cum dilectus*, cum simil. Unde non mirum si talis contractus obligationis personalis ex dolo Abbatissę, vel monasterij non vitietur, nec est ipso jure nullus; quia si vitietur, diceretur vitari ex dolo

tertij, hoc est Abbatis, vel monasterij, quod non est dicendum.

18 Non oblati dicatur. Ad hoc ut bona auferantur monasterio, requiritur ut dolus præcesserit simul à Prælato, & majori parte conventus, eo quod cum præcepto Monachorum spectet ad Abbatem, & conventum simul, cap. fin. & ibi glos. & Doctores in fr. eod. lib. 6. dixi in c. Porreclum, & c. Ad Apostolicam, supra eodem, factum illorum bene potest nocere monasterio, glos. in rub. C. Que sit longa consuetudo, & supra de his que sunt à maior. par. cap. per totum, & cap. Cum omnes, de consuet. At verò dolus solius Abbatis, vel plurium Monialium non constituit majorem partem conventus non videtur obesse monasterio in hac bonorum acquisitione; quia delictum, & cap. Delictum, de regul. iur. lib. 6. & hanc decisionem ponit Abbas, in cap. Dudum, in glos. in verb. Aliquantis, infra de convers. coniugat. Berò, conf. 28. num. 11. vol. 1. Lell. Zecchius de Republ. Ecclesi. in tit. de regular. num. 14. limit. 1. & Tapia in athen. Ingressi in ver. Sna, cap. 11. num. 20. C. de Sacrosanct. Ecclesi.

Etenim respondetur objectam decisionem posse tantum admitti si dolus adhibeatur à persona alicuius privati religiosi, vel à minori parte conventus, & in hoc casu loquitur Abb. in d. cap. Dudum, ubi primo ponit regulam, Quod monasterium privetur bonis quando induxit aliquem dolose ad ingrediendum non propter Deum, sed propter bona temporalia ingressi, & mox limitat quando totum monasterium fuit in culpa, scilicet si particularis persona; quia delictum singulare non debet monasterio obesse, ut in cap. Venerabile, de except. & cap. Si Episcopum, 16. q. 6. Hoc inquam casu admitti potest supra dicta decisio, prout eam admittit Berò, in d. c. In presentia, n. 108. ubi illam tuetur ab impugnationibus Decij sententis oblationem bonorum vitari etiam propter dolum unius Monachi. At verò fecus dicendum est si dolus fuerit adhibitus ab ipso Abbate, vel Abbatis; tum quia textus in d. cap. Constituit, considerat dolum, & circumventionem solius Episcopi, vel Abbatis, non autem monasterij: tum quia Abbas, & Prælati tutori, vel curatori equiparatur, in cap. Quia Episcopus, & ibi glos. Magistratus, post mediam, vers. Alij comparant, 5. q. 3. Unde sicut dolum tutoris, vel curatoris dans causam contractui nocet pupillo, ita & dolum Abbatis, vel Abbatis, ex his que scripsit Bart. in d. l. Et eleganter, in fin. 2. col. ff. de dolo. Tum denique quia hoc casu non verlamur in bonis acquisitis, sed in acquirendis per professionem puella: ut præfertur, seductæ. In quærendis autem solus Prælati potest monasterio præjudicare glos. not. in c. Illud, si Si ergo, in ver. Meliorem, 16. q. 6. Innoc. in cap. Fratemitati, de donat. Abb. in cap. Verum, num. 3. vers. Nam in acquirendis, solus Prælati potest nocere Ecclesiæ: in fr. de condit. apposit. latissime Jason. in l. Hoc legatum, ff. de legat. 3. Rota divers. par. 3. lib. 2. decis. 109. n. 4. Unde hanc partem tuerentur in d. c. In presentia, de probat. Felin. n. 9. Decius, n. 33. Berò, n. 110. & Ferrer. complures alios allegans num. 22. & 23. & Navar. comm. 2. num. 31. de regular. quos novissime sequitur Thom. Sanchez in summi. tom. 2. lib. 7. cap. 34. n. 6. & nihilominus in casu hujus puella intercessit dolus, & circumventio non tantum Abbatis, sed etiam monialium, ut in

themat, unde cessat omnis difficultas.

22 Circa secundam inspectionem manifestum est professionem regularem fieri posse etiam in articulo mortis, & profitemur obligare, ut est textus clarus hic in illis verbis, (cum ægritudine nimia laboraret, quasi de morte securus, & de recuperanda sanitate desperans.) concordat textus in cap. Sicut tenor, ibi, de præfenti vita desuperet, & in cap. Porreclum, ibi, in infirmitate gravatus, nec non ibi, metuens ne voto decederet non completo, supra eod. & in cap. Ex parte, il primo, infra de convers. coniugat. & in specie hic notant Anchar. & Abb. ambo num. 1. Speculat. in tit. de stat. Monachor. §. 1. sub num. 71. vers. Caterum, Bald. in d. Authen. Si quæ mulier, vers. Septimo quæro, C. de Sacrosanct. Ecclesi. Doctores in d. c. In presentia, de probat. & præsertim Berò, num. 197. ubi firmat eum, qui fervore infirmitatis, & doloris impatientia metu mortis ingreditur, & professionem facit in aliquo monasterio, teneri in religione perseverare, nec esse locum penitentia, quod tamen intellige dummodo sit mentis compos; aliàs enim non obligatur, veluti si tanta est morbi vis, ut in phrenitidem incidisset, in quo casu loquitur textus in d. c. In presentia, Ad idem d. c. Sicut tenor, cap. Gonsalvus, & ibi notat 17. q. 2. cap. Neque furiosus, 32. q. 7. & cap. fin. de success. ab intest. l. Sanum mente, C. de translatio. & hic notat glos. in ver. De morte securus, Hostien. in princ. Berò, ubi supra, num. 199. & alii committunt. Et est simile in matrimonio carnali; nam est mortiferæ vis ægrotet, tamen nisi sit extra mentem postius, valde contrahit, ut notat Jo. Andr. in regula, sine culpa, de regul. iur. lib. 6. & Abb. hic in 1. not. Cyn. in l. Nuper, C. de natural. liber. Alex. in l. Si quis posthumus, ff. de liber. & posthum. & alibi passim Doctores.

Quinimo Pius V. indulget Monialibus novitibus Ordinis S. Dominici ut in articulo mortis confitetur possint professionem emittere, dummodo aliàs sint legitime ætatis, etiam anno probationis nondum completo, ut in ejus litteris incipien. Summi Sacerdotii in Bullar. tom. 2. pag. 315. tamen si litteræ hujusmodi aliquibus videantur redactæ ad terminos juris, & Concilii Tridentini à Greg. XIII. in constitutione quæ incipit, in tanta, eod. tom. 2. pagin. 370. de quo tamen die ut scripsi in cap. Ad Apostolicam, in ult. not. vers. Et alit secundo supra eodem.

24 Neque huic conclusioni adversatur quod metus mortis, veluti cadens in constantem virum, inficiat professionem, ut cap. Perlatum, & cap. Cum dilectus, supra de his que vis, metusve causa, Archid. in d. cap. Constituit, num. 3. vers. Cum ergo facilius 20. quæst. 3. ubi exactè inquiritur rationem differentia cur in spiritualibus contractibus metu initus sit ipso jure nullus, dolo autem initus teneat; cum tamen in aliis contractibus bona fidei magis officiat dolus, quam metus.

Quoniam, ut respondet glo. in d. c. In presentia, timor mortis impedit Monachatum in d. cap. Perlatum, quia monachatur ibi ut evadat mortem corporis, hic verò non monachatur ut evadat mortem corporis, sed potius mortem animæ. Forte glos. habuit bonum intellectum, licet mentem suam non satis aperiat. Sed tu dic plentis secundum Host.

25 n. 1. quandoque imminet timor mortis accidentalis, quandoque timor mortis accidentalis, Si im-

timeat timor mortis naturalis, seu, ut Theologi dicunt, ab intrinseco, ut in graviter ægrotato, votum non impeditur, ut hic, & in d. cap. Ex parte, il primo, de convers. coniugat. & d. cap. Porreclum, supra eod. Si vero imminet timor mortis accidentalis, tunc subdistingendum an illa sit casualis, vel violenta, & quidem sitimeat mortem accidentalem casualem, idem dicendum quod in primo casu, ut scilicet votum non impediatur, putà navigat, & periclitatur navis, vel timet incendium, ruina, vel pestem, aut cladem, quæ forsitan Deus immitit ut homines convertantur, ut cap. Beremini, 16. q. 1. cap. Sanctum est, de consecrat. dist. 4. & in Auth. Et non luxurietur contra 7. q. 7. naturam 1. respon. & §. 1. collat. 6. In autem timeat mortem accidentalem violentam, tunc irrita est professio, ut d. cap. Perlatum, cum siml. Ratio diversitatis est, quia in hoc ultimo casu, id est cum timetur mors accidentalis violenta, metus incurritur ab homine, non à Deo, & contra violentiam hominis jura subveniunt, ut l. 1. & tota ista, ff. quod iur. casu. In primis vero duobus casibus, nempe cum ingruit timor mortis naturalis, vel accidentalis casualis, immititur timor à Deo forsitan ad animæ conversionem, ut proxime dictum est, contra quod non competit restitutio, ut notat Jo. Andr. in c. Cum virum, supra eod. nec esset superior, qui illam dare posset, c. Inferior, 21. dist. & cap. Cum inferioris supra de iustor. & obediens nam & Deus quandoque per flagella corripit peccatores, c. Nabuchodonosor, 23. q. 4. Et hoc videtur sentire glos. nolita, cum ait: [Timor mortis hic monachatum non impedit, quia non monachatur ut evadat mortem corporis, sed mortem animæ. Id est quia timor non ab homine, sed divinitus incurritur ad animæ salutem. Ita distinguit Host. cui Jo. Andr. Henric. Boich. & ceteri consentiunt. Et hoc ipsum in effectu voluit idem Host. in summa hoc tit. §. Et qualiter, circa prim.

29 Tu vero in ultimo casu, id est cum imminet timor mortis accidentalis violenta, seu ab extrinseco, subdistingue an timor hujusmodi sit orinatus ad professionem extorquendam, an non; ut in primo casu irriter professionem juxta textum in prælegat. cap. Perlatum, non autem in secundo. Unde si quis religionem ingrederetur, ut evaderet mortem sibi imminente ab inimicis, vel ministris Justitiæ propter conscientiam scelerum valeret ingressus, ut scripsi plenè in cap. Si quis, à num. 81. supra eod. & innotuit Bart. licet valde incertè, num. 8. dum ait timorem mortis tunc demum impedire votum, quando in illis hanc ordinatur; aliàs secus, itaque in casu hujus puella cum timor fuerit mortis naturalis, seu ab intrinseco propter morbum incurabilem, concludendum est professionem ex hoc capite non fuisse irritam, & hoc planum.

30 Sed non levis est difficultas in posteriori membro secundæ inspectionis, videlicet an ad effectum ut dos puella sit habendis restituenda, dolum, & fraus sufficienter probetur ex hoc quod professio emissa fuerit in articulo mortis, quando illius salus jam desperata erat, Bald. in d. c. In presentia, num. 31. de probat. affirmat Doctores tenere professionem in articulo mortis emissam non nocere substituto, quia videtur in fraudem, & idem Bald. in Auth. Nisi rogati, col. fin. num. 24. C. Ad Trebell. ubi querit. Quid si rogatus restituere herede-

ditatem in ultimo vite spiritu se Monachum faciat, & profiteatur, an id obstitit fidei commissario. Et resolvit non obesse; quia videtur in fraudem fecisse, allegat l. Fisa mea, ff. soluto matrimonio, & l. Omnes, §. Lucius, ff. qua in fraud. crediti, & facit quod ipse Bald. notat in Auth. Si qua mulier, cal. penult. vers. Septimo quæro, C. de Sacrosanct. Ecclesi. ubi dicit: suscipientem in morte habitum religionis non ceteri professionem emittere, nec alius bona in monasterium transferri, allegat Speculatorem idem dicentem in tit. de stat. Monachor. §. 1. circa finem. Eandem opinionem amplectitur hic Petr. de Anchar. n. 1. ubi postea quam dixit posse quem valide profiteri, etiam si de vita desperet, statim subdit: [Hoc limitarem verum esse, nisi forte alteri fieret præjudicium per ingressum talem, puta fidei commissario universali, cui debet fieri restitutio, quia ille sine liberis decederet: nam ingrediendo, & proficiendo in mortis articulo, licet videatur liberis habuisse per d. c. In presentia, non videtur hujusmodi profectio fidei commissario nocere.] Et sequitur Jo. de Anan. in 1. notat. Et pro hac parte facit optimè textus, quem Bald. allegat in d. l. Fisa mea, ff. solut. matrim. ubi repudium missum à marito uxori suæ ægrotanti tanquam fraudulenter non præjudicat patri, qui stipulatus fuerat dotem sibi reddi soluto matrimonio per mortem. Ad idem facit textus in c. 2. de renun. lib. 6. quod prodit ex utero d. l. Fisa mea, ubi expressum est renunciationem beneficii factam in mortis articulo præsumitur in fraudem expectantis. Demum facit pro hac parte quod Pius V. dum in sua constitutione indulget Monialibus Novitibus Ordinis S. Dominici, ut in articulo mortis constituta profiteri possint, etiam ante aium probationis indultum, ut dictum est supra num. 23. vers. Quinimo cum mysterio adjecto clausulam illam. Ita tamen ut sic decedentes consequi possint indulgentiam, & alias gratias, quas moniales verè professæ decedentes consequuntur. Hinc aperte insinuant indultum hoc suffragari tantummodo quoad spiritualia, & concessentia salutem animæ proferentis, non autem quoad bona temporalia in præjudicium fidei commissarii, aut venientiam ab intestato, quod tenebant nonnulli ex recentioribus relati à modernis. Collicetarius in cap. Ad Apostolicam, num. 4. supra eodem.

34 Ceterum opinionem Baldi, & sequacium impugnat in d. c. In presentia, Decius num. 209. vers. Sed tamen ista, & Julius Berò, num. 204. tum quia non est verisimile, ut quis velit in vita sua privari, & spoliari omnibus bonis, & jure religionis se subijcere ad finem ut post mortem suam excludatur fidei commissarius; quin potius hinc elicitur fortiori præsumptio quod motus fuerit bono, & fortum quia in extremo vite constitutus non presumitur immemor salutis æternæ, arg. l. Merito, ff. pro socio: tum denique quia in dubio in his, quæ habent juris assentionem, & sunt ex genere bonorum, sicuti est professio regularis, dolus non est præsumendus, arg. eorum, quæ tradit Bart. in l. Non salum, §. & probat. ff. de nov. oper. nunc. juncto hoc c. Et c. Porreclum, supra eod. Quinimo ut dolus, & fraus præsumatur præcedere debent persequa indicia, ut l. Dolum, C. de dolo.

Prima opinio in proposito facti speciei verior videtur; quoniam puella hæc non tantum fecit professio-

fessionem laborans in extremis, sed etiam seducta perfractioibus Abbatis, & Monachorum, ut contra ea dicitur supra in prima inspectione. Verum cum hic articulus praesumptus fraudis sit admodum controversus, & pendat ex conjecturis, & circumstantiis, quae in facto consistunt. & possunt aliter atque aliter se habere: satius esset illum rejicere ad iudicium Ordinarium, ut mos est S. Congregationis, & posset simpliciter responderi professionem eiusdem in mortis articulo, & ad persuasionem Abbatis, & Monachorum, nisi aliquid obstitit, esse validam; sed dotem ita demum esse proximioribus restituendam, si de fraude legitime constiterit, quod iudex causae diligenter dispicere debet. Et ita responsum.

DE REGVLARIBVS.

Cap. Licet.

S V M M A R I V M.

- 1 Regularis zelo sanctioris vitae ad arctiorem ordinem transire potest si licentia petita, licet non obtenta, etiamsi prima religio super hoc sit privilegiata, & n. 11.
- 2 Privilegium antiquius religionibus concessum de non transiendo ad arctiorem intelligitur de transitu in distretum, & non 22. & 23.
- 3 Instrumentum ubi prohibetur, temerarium tantum censetur prohibitorium.
- 4 Lex privata adest inspiratione divina, praedicit legi publicae, id est communi.
- 5 Privilegium debet potius interpretari, ut nihil operetur, quam ut iuri divino praedictet.
- 6 Religiosi manere debent in ea vocatione qua vocati sunt.
- 7 Nec transire debent ad aliam religionem sine magna necessitate, vel utilitate iusta.
- 8 Hominem simul universis fulcra virtutum, impossibile est.
- 9 Planta non evalescit qua saepe transfertur.
- 10 Manere quis debet in sua vocatione, nisi in instinctu Spiritus Sancti ad perfectiorem vitam inducatur.
- 11 Regulari petita, licet non obtenta licentia transit ad strictiorem religionem auctoritate propria, vel potius Spiritus Sancti, & sic iure divino naturatus, & n. 37.
- 12 Votum proprium iure divino naturatum licitum est in mensu commutare.
- 14 Concilium qui tenetur requirere, tamen sequi non adstringitur.
- 15 Praelatus regularis sine iusta causa denegare licentiam subdito transiens ad arctiorem religionem mortaliter peccat.
- 16 Episcopus non potest ecclesiam deserere, ut transeat ad religionem sine licentia Papae: nec debet huiusmodi licentiam petere, aut obtinere quoadvis sui subditi violasse potest.
- 17 Vita ad rem est fructuosior quam contemplativa.
- 18 Religiosus potest episcopari, sed Episcopus non potest monachari.
- 19 Regularis ut transire possit ad arctiorem religionem licentia petita, licet non obtenta, requiritur.

- Primo, ut secunda religio sit strictior quoad astrictiorem observantiam, n. 20.
- Secundo, ut prima religio non sit super hoc specialiter privilegiata, n. 22.
- Tertio, ut transitus non redundet in iacturam, vel infamiam primae religionis, n. 24. & sequi usque ad n. 30. & n. 45.
- Quarto, ut transitus non moveatur ex temeritate, vel levitate, sed zelo sanctioris vitae, n. 32.
- Et quomodo de huiusmodi zelo constare debeat, n. 31.
- Et quid si de hoc probabiliter dubitetur, n. 31.
- Et quando dicatur probabiliter dubitari, n. 33. & 35.
- Quinto, ut licentiam petat a suo Praelato immediate, n. 36.
- Et an debeat eam petere etiam a conventu, n. 37. & 39.
- Secundo, ut sit tacite, vel expresse professus, n. 40.
- Septimo, ut sit factus, non autem Praelatus, n. 41.
- Octavo, ut licentiam petat ante transitum, n. 44.
- Nono, ut eam petat cum humilitate, & paritate, n. 45.
- Decimo, ut causam sui transitus assignet Praelato suo, n. 46.
- Vndecimo, ut debito tempore expectet responsam, n. 47.
- Et quid si Praelatus non respondeat, aut non probabiliter, n. 43.
- Duodecimo, ut consuet Praelato secundam religionem paratam esse illam recipere ad quam recte se transiret, n. 49.
- Decimotercio, ut veniat cum litteris dimissorys Praelati sui, n. 50.
- Quod si venerit sine dictis litteris, quid facere debeat Praelatus secunda religionis, n. 51.
- 20 Religio non ut sit arctior altera, non attenditur an habeat strictiorem regulam, sed ut modo in ea arctior vita vincatur.
- 21 Regularis potest transire a religione, in qua remissius vivitur, ad minorem religionem melius observatam. Sed cum dubitatur an secunda religio sit arctior, Superioris iudicium est requirendum.
- 22 Privilegia Cisterciensium, & Societatis Iesu ne illorum professi transire possint ad arctiorem religionem sine licentia Superioris obtenta, non gaudent alia religionem per communicationem.
- 23 Sed si Superior licentiam permissim denegaret, recurrendum esset ad proximum Superiorem.
- 24 Regularis, qui ad arctiorem transivit, revocari potest si prior ecclesia enormiter laedatur.
- Et hoc per viam iuris communis si teneret transitus, vel per viam restitutionis si non teneret ibidem.
- 26 Alienatio personarum maior, & gravior censetur, quam rerum, & n. 39.
- 27 Opera iustitiae praependa sunt operibus charitativis.
- 28 Clericus secularis transire potest ad religionem non petita Episcopi licentia, imo & ipso contradicente.
- 29 Episcopus tamen potest eum repetere, si ecclesia gravem patere iacturam, licet transivisset de eius licentia.
- 31 Regularis petita licentia praesumitur bono zelo ad arctiorem religionem transire.

Quod

- 32 Quod si de hoc dubitetur, recurrendum est ad Superiorem, ad quem subditi appellaret, si gravaretur, & requiritur eius licentia petita, & obtenta.
- 33 Regularis quibus coniecturari deprehendatur transisse ad arctiorem Ordinem ex causa temeritatis, seu levitatis.
- 34 Canonicus Regularis, qui non potest vivere sine carnibus, dicitur transire ad Monachos ex temeritate.
- 35 Praelati sui appellatione venit Praelatus immediatus monasterii, non autem Generalis, vel Provincialis, nisi aliud habeat consuetudo, vel statuta Ordinis.
- 38 Intellectus, cap. Statuimus, 19. q. 3.
- 39 Regularis transiens ad strictiorem ordinem non alienatur, sed in melius commutatur auctoritate Superioris.
- 40 Novitius potest ad aliam religionem transire absque Superioris licentia.
- 41 Praelatus an possit ad strictiorem religionem transire petita, licet non obtenta Superioris licentia.
- 42 Quid si habeat alium Superiorem circa Papam.
- 43 Et quid si sit Papa immediate subiectus.
- 44 Licentia ubi in aliquo casu exigitur, non sufficit eam petere ex post facto.
- 47 Licentiam, vel consilium qui debet petere, tenetur debito tempore responsum expectare.
- 48 Regularis an possit transire ad arctiorem si petita licentia Praelatus non respondeat, aut non probabiliter, vel sine causa licentiam denegat.
- 49 Regularis discedens a monasterio, ut transeat ad arctiorem religionem, antequam conferat eam paratam esse illum recipere, fugitivus est, & apostatus.
- 52 Transitus ad arctiorem ordinem non petita licentia an sit irritus, & an regularis ad primum ordinem revocari possit, & n. sequi usque ad n. 60.
- 53 Quid si transierit ex temeritate seu levitate.
- 54 Et quid si zelo meliori fugit.
- 55 Licentia transiens ad strictiorem ordinem peti debet a Monacho ex honestate; non autem ex necessitate.
- Centuriam, n. 66.
- 57 Regularis transiens ad arctiorem non petita licentia praesumitur motus ex animi levitate.
- 58 Circuitus non est inutilis quando per eum satisfactio canonis.
- 60 Monachus morari debet apud monasterium, ad quod transivit, licet pendente super eius transitu.
- 61 Monachibus in licentia de uno monasterio transire ad aliud strictioris observantiae petita, licet non obtenta, Superioris licentia.
- 62 Religio tota, seu domus religiosa an possit se ad strictiorem religionem transferre.

LICET. Professus religionis privilegia quod de illa ad aliam etiam arctiorem transire non possit, petita Praelati sui licentia, quamvis non obtenta, poterit zelo sanctioris vitae arctiorem regulam profiteri. Hoc dicit Jo. Andr. Butr. Card. Anchar. & Joan. de Anan. vel aliter secundum Abb. Potest religiosus zelo sanctioris vitae ad religionem transire strictiorem petita prius licentia Praelati sui, licet non obtenta, etiamsi primum monasterium sit privilegiatum, quod de illo ad aliud etiam arctius transire non possit. Dividitur in duas partes principa-

les. Prima ponit exordium, ex quo secunda factum distinet, ibi, Camergo; & prima pars facit quinque; nam primo ponit formam privilegii; secundo ipsius interpretationem, & interpretationis causam, ibi, quia tamen; tertio illum fortificat ibi, Cameritiam; quarto illum reafsumendo specificat ibi, Quocirca; quinto, specificationem determinat, ibi, illa, Jo. Andr.

Nota ex prima parte textus, Indultum aliquibus religionibus concessum, quod professi apud eas transire non possint ad religionem arctiorem, ita esse temperandum, ut intelligatur si transitus fiat ex temeritate, vel levitate: locus verò sit zelo perfectioris vitae, gloss. hic in ver. Ex temeritate Butr. & Cardin. in 1. notab. unde Innoc. in princ. in ver. Transire; supplet, id est temerarie, sed si velit discrete transire, non obstante privilegio transire poterit, & concordant Host. in princ. in ver. Possit, & Jo. Andr. n. 2. in ver. Transire, ubi quod privilegium non impedit discretum transitum.

Similis interpretatio fit in iuramento, quod ubi prohibetur, temerarium tantum intelligitur prohibitum, cap. Ita ergo. 22. quasi. 1. gloss. ubi supra, & Host. num. 5.

Rationes cur hoc privilegium ita sit interpretandum, habes in littera, nempe quia ubi spiritus Dei est, ibi libertas, & qui Spiritu Dei aguntur non sunt sub lege; quia lex non est posita iusto, & lex privata, id est inspiratio divina, & lex conscientiae praedicit legi publicae, id est communi.

Et ex hoc, & ex textu deducitur, ut quando privilegium iuri divino seu inspirationi divinae potest in aliquo praedictare, sit strictissime intelligendum, ita ut nec debeamus illud interpretari ut aliquid operetur, si non potest illud operari sine derogatione juris divini, seu libertatis spiritus; quod est valde notandum secundum Abb. hic in primo notabili.

Secundo nota ibi, vocatus. Unumquemque religiosum debere in ea vocatione permanere, in qua vocatus esse dignoscitur, secundum Apostolum. Ad Corinth. 7. & de vocatione, id est professione, ut hic per Jo. Andr. num. 2. in verb. Vocatus.

Quapropter secundum D. Thomam in 2. 2. q. 189. art. 2. in corp. & Jo. Andr. ubi supra, non est laudabile de una religione ad aliam transire sine magna necessitate, vel utilitatis causa, tum per hanc auctoritatem, tum quia ex hoc plerumque scandalizantur illi, qui relinquuntur; tum quia verisimilius est quem proficere in religione, cui assuevit, quam in illa, cui non assuevit ceteris paribus.

Unde in collationibus Patrum coll. 14. c. 5. in princ. legitur Abbatem Nestorium dixisse: Unicumque utile est, ut secundum propositum, quod elegit, summo studio, ac diligentia ad operis operis perfectionem pervenire festinet, & nequaquam a sua, quam semel elegit, professione discedat, & rationem subijcit: Impossibile enim est unum, eundemque hominem simul universis fulcra virtutum, quas qui voluerit pariter attentare, in id incidere eum necesse est, ut dum omnem sectatur, nullam integrè consequatur.]

Muc etiam spectat illud Marci Varronis: Nunquam perveniet qui quot videt calles sectatur: & illud Senecae Epist. 24. Primum argumentum compositio mentis ex summo, posse consistere, & secum morari, & in fine: Nusquam est qui ubique est; & in peregrinatione vitam agentibus hoc evenit, ut multa hospitia habeant,

beant, nullas amicitias. Item non coalescit plonia, quae saepe transfertur. Verumtamen praedicta auctoritas, Unusquisque in qua vocatione vocatus est, in ea permaneat, intelligi debet, nisi inlicitu Spiritus Sancti ad sanctiorem vitam inducatur; ut hic per Abb. in 2. notab. magno opere tamen cavendum, ne forte Angelus Satanæ in lucis Angelum se transformet, ut hic dicitur in littera.

11 Tertiò nota, ibi, licentiam postulaverit. Ad hoc ut regularis transire possit ad arctiorem regulam sufficere licentiam Superioris petitam, licet non obtentam, ut hic est casus secundum omnes in summano textus. Ad idem cap. Mandamus, junctâ glof. in verb. Monachus, & cap. Statuimus, 19. quæst. 3. cap. Non est vobis, cap. Sanè, & cap. Significatum, supra eodem, & hic notat glossa in ver. Licentiam postulaverit, Hostien. num. 9. Joan. Andr. num. 5. & reliqui omnes, glossa in cap. Ioannes, in verb. Monasterium, supra eodem. Item glof. in cap. Cum singula, in verb. Canonice, de prebenda lib. 6. Et hanc esse veram, & indubitata conclusionem omnium planè Doctorem firmat, Abbas in cons. 95. in presenti, ante num. 1. vers. Tamen vera, lib. 1. & tunc religiosus ad arctiorem transire poterit propria auctoritate Innocen. hic num. 1. in ver. Adimplere, Hostien. num. 14. & Joan. Andr. num. 4. in eodem verb. Vel potius auctoritate Spiritus Sancti, ut idem Hostien. ait num. 15. in verb. Indulgere, & ita hoc videtur licere jure divini non naturali, quo licitum est votum proprium commutare in melius, ut per Cajetan. in 2. 2. quæst. 88. art. 12. paulo post princ. vers. Ad huius evidentiam sciendum. Ad hoc cap. Pervenit, in secundo, supra de iureiur. & tenet novissimè Thom. Sanchez super Decalog. tom. 2. lib. 8. c. 7. num. 3. & satis clarè deducitur ex littera hujus cap.

13 Ethinc solvitur objectum, quod saepe propter bonum obedientiae omittatur quod aliàs esset bonum, cap. Quid culpatur, 23. q. 1. Nam ut formaliter respondit Hostien. hic num. 11. Talis auctoritate hujus cap. est absolutus: Quinimo à Spiritu Sancto intelligitur absolutus à licentia impetranda, qui ei spirat ut transeat: ergo ei tanquam Superiori obediendum est, cap. Qui resistit, 11. q. 3. unde & excusatur qui ad majus Tribunal vocatus est, l. Contra pupillum, in fin. ff. de rei vendicat. & patet in cap. Gaudemus, §. Quia verò, vers. Nec ulli unquam licuit, & vers. Verumtamen, infra de divor. Et est simile in Consilio quod quis tenetur requirere, & tamen sequi non adstringitur, ut c. Cum olim, supra de arbit. Item simile in cap. Posuit, de locato, & l. ult. C. de iure emphyr. Quomodo autem huiusmodi licentia fit postulanda, & quae desideratur ad hoc ut transitis ad arctiorem religionem fit licitus, plenè examinatur infra in prima quaestione.

15 Quartò nota ibi, de iure teneri. Prælatum regularem teneri sine difficultate indulgere subdito licentiam migrandi an strictiorem ordinem, si cum humilitate, & puritate fuerit postulata, ne videatur propositum impedire divinitus inspiratum, ut in littera, & ex hac ratione deducitur, ut Prælati huiusmodi licentiam poterit, & sine iusta causa denegantes mortaliter peccent, ad hoc quod scripti in c. Si quis, n. 38. 39. & 40. supra eod. & tenent relati à modernis Collectoribus hic n. 16.

16 Quintò nota, ibi, deserere Prælatum, Episcopum non posse ecclesiam suam derelinquere, ut

transeat ad Religionem sine licentia Rom. Pontificis, nec debere huiusmodi licentiam postulare, aut etiam obtinere quamvis suis subditis prodesse potest, Abbas hic n. 6. Rationem habes in textu, quia vita activa est fructuosior, quam contemplativa, & majus bonum minori bono præponitur. Unde in hoc casu rectè præponitur doctrina silentio, sollicitudo contentioni, & labor qui. 18 eti religiosorum. Quo fit ut religiosus possit episcopari, cap. Quod Dei timorem, infra de stat. Monach. & cap. unic. 18. q. 1. sed Episcopus non possit monachari, ut hic: nam plus est illuminare, quam lucere. Hanc materiam latius prosequor in cap. Nisi cum pridem, à num. 5. usque ad num. 11. supra de renunciat. ibi plenè videas.

19 QUÆRO generaliter, quæ requirantur ad hoc ut religiosus ex una religione ad aliam strictiorem transire possit licentia petita, licet non obtenta. Abbas hic in 4. notab. ponit tria tantum requisita ad hoc ut religiosus licitè transire possit ad aliam religionem. Sed multò plura desiderari, satis clare ex infra dicendis patet.

20 Primò ergo requiritur, ut secunda religio sit strictior quoad actualem observantiam: non enim attenditur tempus institutionis regulæ, seu primæ instituti, sed necesse est, ut tempore transitus ibi rector vita ducatur. Et hoc inuit littera hujus tex. ibi, vitam duceret arctiorem, ut accurate observat Abb. in 9. notab. subdens in hoc multos decipi existimantes sufficere, ut secunda religio habeat strictiorem regulam, & probatur in c. Sanè, supra eod. ibi: (Si locus, in quo nunc permanet, majoris religionis, quam ecclesia Aromaten. existit,) ubi Innocen. in princ. ponderando illud verbum, Nunc, [licet (inquit) monasterium, ubi fecit professionem, institutum fuerit in strictiori regula, & monasterium ad quod transivit, in laxiori, tamen hoc non est attendendum, sed quòd monasterium modo sit arctius.] Et concordant ibi Hostien. in princ. in verb. Nunc: & Joan. Andr. n. 2. & 3. qui ex hoc inferunt secundum Theologos de arctiori religione, in qua remissius vivitur, posse quem transire ad minorem religionem melius observatam, Quod exprèsse docuit S. Th. in 2. 2. q. 187. art. 8. in corp. ubi refert in collationibus Patrum Abbatem Joannem in collat. 19. c. 2. §. 6. de seipso dicere, quod à vita solitaria, in qua professus fuerat, transiit ad minorem, scilicet eorum, qui vivunt in societate, propter hoc, quod vita eremitica coepert declinare, & laxius observari. Et ex facto respondit Cardin. in cons. 28. Pro elucidatione, per totum, maxime num. 2. dicens de hoc esse casum in d. c. Sanè, & Abb. d. cons. 95. nem. 1. lib. 1. Lap. alleg. 62. num. 6. vers. Ad secundum, & alleg. 131. num. 1. vers. Item quia, licet hoc casu id est cum dubitatur an secunda religio sit arctior, videatur iudicium superioris necessarium, secundum Joan. Andr. hic n. 3. Henr. Boich. n. 11. & Abb. n. 3. Hostien. in summo. tit. de vot. n. 7. & Sylvester in verb. Religio 4. quæst. 1. in 1. notab. §. 2. Quæ autem religio dicatur major, an scilicet quæ arctior, & durior est; an verò quæ perfectior, & fructuosior, dixi post Jo. Andr. in c. Sanè, à n. 24. usque ad n. 66. supra eod. ubi plenè videas.

22 Secundò requiritur, ut prima religio non habeat privilegium specificum, quod non sufficit licentia petita nisi etiam si obtenta, sicut habent Cistercienses, secundum Hostien. hic in princ. in verb.

verb. Transire, & Jo. Andr. num. 2. in eod. verb. Simile privilegium habet Societas Jesu à Pio IV. & Pio V. videlicet ne ab illa fieri possit transitus ad quamcumque religionem, præterquam ad Cartusiam, nos abique licentia superiorum obtenta, ut refert Sanchez super Decalog. tom. 2. lib. 6. cap. 7. nu. 28. post med. vers. Tamen quia. Pius IV. subdens eo privilegio gaudere omnes Mendicantes per communicationem. Quod non credo verum; quia huiusmodi communicationes non extenduntur ad ea, quæ sunt difficilis concessionis, juxta theoricam Antonii de Butr. in cons. 19. quod fuit sepius approbatum in Sacra Congregatione Concilii, & in Rot. Caterum advertet, quia si huiusmodi licentia pertinaciter denegaretur, recurrendum esset ad proximum superiorem, arg. cap. Nullus, de iureiur. ut notat Hostien. hic num. 7. in verb. Vt ei transiendi: alioquin secundum eum, esset privilegium dare contra inspirationem divinam, si ad litteram servaretur.

24 Tertiò requiritur, ut transitus ad arctiorem non redundet in iacturam, vel infamiam primæ religionis, ut probat hæc littera ibi, in iacturam, vel in iuriam illi ordinis. Igitur si quis transire velit ad aliam religionem, etiam si constet eam arctiorem esse, tamen transire non poterit, si ex suo transitu gravem iacturam, vel infamiam prior religio sustineret, arg. cap. Si quis verò, 11. q. 3. secundum Innoc. hic num. 1. Hostien. num. 5. in verb. Triaxuram. Ratio est quia quis non debet esse lapis offensionis, vel causa scandali, cap. 2. super de prescript. cap. Nisi cum pridem, §. Pro gravi quoque scandalo, de renunciat. sed & communis utilitas, quæ versatur in hoc, ut ad arctiorem religionem non transeat, sed merito præferenda, ut patet in hoc cap. In verb. illa semper regula. Quinimo sic transiens revocari possit, si inde prior ecclesia enormiter læderetur. Et hoc per viam juris communis, si non teneret transitus, vel per viam restitutionis in integrum, si teneret, secundum Hostien. 26 Quia sicut ex gravi læsione rerum temporalium restituitur ecclesia, cap. Ad nostram, §. fin. supra de reb. ecclæs. non alien. cap. 1. de resit. in integr. ita, & multò magis restituenda est in læsione personæ, quia major, & gravior censetur alienatio personarum, quam rerum, arg. cap. Precipimus, 2. q. 1. secundum Hostien. hic num. 12. cum quo concordant Jo. Andr. num. 22. Henr. Boich. num. 7. Butr. num. 14. Anchar. num. 11. in 2. opposit. Cardin. num. 13. in 4. quæst. & Abb. num. 12. Vital. in Clem. 1. num. 18. de regular. S. Anton. in 3. par. tit. 1. cap. 4. in fin. princ. Sylvester in verb. Religio, 4. quæst. 1. in fin. Adde quod transitus ad arctiorem religionem zelo sanctioris vite est actus charitatis, ut patet in tex. ibi, ex lege privata; nam ut exponit glof. lex privata est amor, Dei seu charitas, de qua dicitur: Habe charitatem, & fac quicquid vis, cap. Radicata, de penit. dist. 2. Primam autem religionem non lædere est actus iustitiæ, l. Iustitia, ff. de iust. & iur. At opera iustitiæ præponenda sunt operibus charitatis, cap. Forte, & cap. 28 Denique 14. q. 5. Confirmantur hæc exemplo Clerici secularis, qui quamvis possit transire ad Religionem non petita Episcopi licentia, quinimo, & ipso contradicente, ut c. Dia, 19. q. 2. tamen possit Episcopus cum repete, si ex eius transitu ecclesiæ gravem pareretur iacturam, secundum Innoc. hic num. 3. & Abb. num. 14. Nec mirum, quia

cum propter salutem animarum possit à religione advocari, etiam si cum licentia transierit, ut patet in eo, quod legitur, & not. in cap. Quod Dei timorem, infra de stat. monach. multò fortius ex eadem causa hoc fieri poterit, quando transivit licentia Prælati non petita, vel etiam denegata, arg. cap. Admonet, cum ibi notat, de renunciat. ut bene hic per Host. num. 7.

30 Quartò requiritur ut transiens ad arctiorem religionem non moveatur ex temeritate, seu levitate, sed ex charitate, seu zelo sanctioris vite, ut hic est casus, & est vera, & indubitata omnium conclusio, ut inquit Abb. d. cons. 95. ante nu. 1. lib. 1. & hic iunge quæ dixi supra in 1. notab. Quod si obijcias: quomodo constabit de intentione Monachi? Cum enim profundum sit cor hominis, quis scrutabitur illud? Sanè nemo alius potest scire quo corde, qua conscientia, qua fide moveatur, nisi is, qui movetur, & Christus, qui charitas est, & cui voluerit Christus revelare, & nullus alius. Respondit Hostien. hic n. 24. vers. Nemo enim alius. Standum esse illius iuramento, de cuius intentione queritur, ut notatur in cap. Significasti, §. fin. infra de homicid. & nihilominus etiam sine iuramento in casu isto propter exteriora, quæ bona apparent, præsumendum esse intentionem esse bonam. Et ideo textus in fine præcipit Priori, & Conventui primæ religionis, ne Monachum ipsum super eo, quod de corde puro, conscientia bona, & fide non ficta fecisse dignoscitur illatenus, firmant hic glof. penult. Hostien. ubi supra, Jo. Andr. n. 18. & Abb. num. 8. licet aliud videatur sensisse Anchar. num. 7. in 9. notab.

32 Cæterum si probabiliter dubitetur, utrum quis velit ad ordinem arctiorem ex charitate, an ex temeritate transire, Superioris est iudicium requirendum, ut in tex. Aliàs legitur iudicio relinquendum, ut refert Hostien. num. 16. in eodem ver. Et est simile in cap. Pervenit, 11. quæst. 1. in cap. Nullus, infra de iureiur. & in §. Si à Clero, in authent. de Sanctis, Episc. coll. 9. & sic non sufficit licentia d. Superioris petita, sed requiritur etiam obtenta. Quod exprèsse adnotavit Cardin. Cajetan. in 2. 2. quæst. 189. art. 8. post princ. & Sanchez super Decalog. tom. 2. lib. 6. cap. 7. num. 16. Superior autem in hoc casu est ille, ad quem subditus appellaret si gravaretur, cap. Vt debitis, & cap. Cuius specialis, supra de appellat. cum aliis proximè citatis, & non ille, cum quo est questio, C. ne quis in sua causâ dicat, in rubro, & in nigro, secundum Host. hic num. 16. in verb. Superioris.

33 Quod si queratur quando dicatur de hoc probabiliter dubitari, ita ut ad Superiorem sit recurrendum, dic secundum Abbat. Antiqu. hic n. 2. si Monachus dixit in Capitulo cum esset bene verberatus, ego non ero de cætero in hoc monasterio, utique non erit audiendum, quia non transit ex charitate. Sed si negat se hoc dixisse, res erit dubia, & ideo, ad eundem erit Superior, vel secundum Host. num. 15. in verb. Probabiliter, Jo. Andr. num. 6. in eod. verb. & Cardin. n. 13. in 5. quæst. Verba habuit cum Prælato, vel cum aliquo ex foris, & dixit se deinceps in religione illa non amplius reman-

mansurum illis viventibus; & sic non solum dubitatur, sed constat eum ex motu iuxta hoc fecisse, vel quia est iuxta Arca Domini, non potest quietescere, sed semper consuevit diversas religiones mutare. Aliud exemplum ponit Innoc. num. 3. in verb. *Transire*, Holt. mon. 16. in verb. *Extremitate*. Jo. Andr. num. 6. in verb. *Innocen.* & Card. dicitur *quest.* s. videlicet quia est talis complexionis, ut non possit vivere sine caribus, & tamen de Canonico regulari vult transire ad Monachos. Ad hoc cap. *Non cogantur*, 4. d. dist. 1. Sed si Prelatus probabilem causam suae contradictionis assignet, & tamen Monachus in suo proposito transigrandi perseveret. Similiter res dubia censetur, & Superior erit requirendus, secundum Innoc. num. 2. in fin. *vers.* Si autem probabiliter, Holtien. num. 15. in fin. *vers.* Sin autem, & Jo. Andr. num. 7. *vers.* Si alia probabiliter.

34 Quinto, requiritur ut religiosus, qui vult ad arctiorem ordinem transire, petat licentiam a Praelato suo, ut hic patet in verb. *Talitergo*, & verb. *Quocirca*, scilicet immediato. Nam Praelatus sui appellatione non venit Generalis, vel Provincialis, sed Praelatus immediatus ipsius monasterii, ut patet Feder. de Sen. *conf.* 145. in *Episcopus*, num. 6. post med. *vers.* Nam appellatione Praelati, Calder. *conf.* 3. *Quis dicitur Superior professi*, per tot. de *Regular.* Item in Praelato immediato verificatur ratio illa textus, *ne bonum obedientiae contemni videtur*, ut cap. *Si religiosus*, de *elect.* lib. 6. Et hoc videtur sensisse Sylvell. in *ver. Religio*, 4. *quasi*. 3. & voluit expressè Lap. *allegat.* 61. *Quidam Francus*, alias 62. num. 2. *vers.* Alias autem hoc cessante. ubi dicit de iure licentiam volentis transire ad aliam religionem spectare ad Superiorem immediatum. Allegat in simili Jo. Andr. in cap. 2. num. 1. in verb. *Superiore*, de *elect.* lib. 6. & Paulus de Eleazaris in *Clem. ult. de elect.* qui dicit solum Abbatem posse dare hanc licentiam morando, & non alium Superiorem, nisi hoc habeat institutio regularis illius ordinis, vel consuetudo ipsius loci. Quod ipsum voluit idem Lapis *allegat.* 130. *Pro dubio*, alias 131. num. 1. *vers.* Item licentia, & in 5. *vers.* Item etiam ponitur, ubi similiter ait, Praelatum immediatum conventus esse Superiorem suum, & ab eo sufficere licentiam petere, nisi alius habeat consuetudo, vel statuta ordinis. Et in Abbate exemplificat hic Innoc. num. 2. & 4. Holt. num. 15. circa finem, in *vers.* *Utrum quis velit*, Abb. Antiqu. num. 2. Jo. Andr. num. 7. & alii communiter. Nec requiritur de necessitate, ut licentia petatur a conventu, sed satis est eam petere a Praelato, ut pluribus firmat Archidia. in cap. *Statutum*, num. 2. 19. *quasi*. 3. & post eum Bellam. *ibidem* num. 3. Joan. Monach. in cap. *Cum singula*, num. 4. de *probend.* lib. 6. & ibi etiam Philipp. Franc. in 5. *Prohibemus*, num. 3. Ant. de Butr. in cap. *Non est verus*, num. ult. *supr. eod.* & ibi etiam Abb. num. 6. & idem Abb. in cap. *Et visetur*, num. 4. de *his, quae sunt a Praelato*; licet tutius esset etiam a conventu hanc licentiam postulare, secundum Innoc. in cap. *fin.* num. 1. de *renunciacione*. cum quo transiunt ibi Holtien. n. 3. Jo. Andr. n. 7. Anton. de Butr. num. 13. Pro hac opinione inducitur littera hujus textus, qui in corpore simpliciter loquitur de Praelato, nec ullam facit mentionem de conventu, licet in supralicentione dicatur Priori, & conventui Dimolentis. Ad idem fortior text. in c. *Si religiosus de elect.* lib. 6.

inducendo eum, ut per Archidiaconum in d. cap. *Statutum*, num. 2. 19. *quasi*. 3.

38 Nec refragatur text. in eod. cap. *Statutum*, in illis verbis: districtioris religionis obtentu audeat sine Patris, & totius Congregationis permissione recedere. Quoniam in tribus vetustis Codicibus legitur, Patris totius Congregationis; & apud Lyonem legitur, Abbatis totius Congregat. & secundum Archid. ubi supra verior est littera, quae est sine illa copula, & clare colligitur ex cap. *Quarundam*, §. *Volentes*, in fin. de *elect.* lib. 6.

Similiter non refragatur sequentia verba d. c. *Statutum*, sine consensu litterarum cautione, quae videntur innuere, ut Priori; & Canonici debent dare consensum, & secundum Hagon, & Turrec. *Religio*, num. 2. in fin. Nam responderi potest ea verba non esse referenda ad consensum Fratrum, sed ad cautionem Praelatorum utriusque monasterii, ac religiosi transiuntis: nam per litteras dimissorias cautum, & consensum est tam primo Abbati, cujus obedientia non contemnitur, quam secundo, qui per illas fit certior de bono zelo ejus, qui transiit, & vitat periculum relictionis. Item ipsi religioso, qui de caetero molestari non poterit, secundum ea, quae dicam infra in secunda quaestione, num. 52.

39 Demum non refragatur argumentum a simili, quo utitur in proposito Turrec. in d. c. *Statutum*, n. 2. videlicet quod si alienatio rerum ecclesiasticarum fieri non debet sine consensu Clericorum, utique longè minus alienatio personarum, ut latius dictum est supra num. 26. Nam respondetur hanc non esse alienationem personae, quia religiosus arctatur tantum ad petendam licentiam transiendi propter bonum obedientiae, eaque petita, licet non obrenta, dummodo moveatur zelo melioris frugis, transire potest propria auctoritate, seu potius Spiritus Sancti inspirantis, ut ex Innoc. & Holt. dictum est supra nu. 11. vel secundum Archid. in d. c. *Statutum*, num. 2. in fin. 19. *quasi*. 3. talis non alienatur, sed in melius commutatur auctoritate superioris, arg. cap. *Scripturae de voto*, & cap. *Pervenit*, in secundo, de *uretur*. Quis autem sit Superior, ad quem spectet dare licentiam Monacho transiendi ad parvam, vel laxiorem religionem, distingue ut dixi in cap. *Dilecti*, supra de *renunciacione*, à num. 8. usque ad num. 36. & quae sunt causae dispensandi, à num. 36. usque in fin.

40 Sexto requiritur, ut petens licentiam sit expressè, vel tacitè professus, alias enim si esset infra annum probationis, transire posset non modo ad quamcumque religionem, sed etiam ad saeculum remeare, abique Superioris licentia petita, vel obrenta, text. est in c. *Statutum*, *infr. eod.* ponderando verb. *Libere*, id est Superioris licentia minime requisita, ut ibi dixi n. 3. post *Abbat.* n. 2.

41 Septimo requiritur, ut qui vult transire, licentia petita, licet non obrenta, sit subditus: nam si esset Praelatus exemptus, non posset probationem dimittere, nec ad strictiorem religionem transire, nisi obrenta licentia a Papa. Et hoc propter vinculum Praelaturae, secundum Holt. in cap. *Illud*, in *primis*, infra de *cleric. excomm. ministr.* & Archid. in cap. *Si Abbatem*, ad fin. de *elect.* lib. 6. ubi referunt sic per Papam Clementem IV. fuisse determinatum.

42 Sed tu vide hanc quaestionem plenè examinatam per Jo. Andr. in cap. *Cum non stat.*, num. 11.

De Regularibus, c. Licet

87

Et 12. de *regul.* in lib. 6. in *Mercurialib.* ubi concludit sub distinctione: nam aut inferior Praelatus habet eam Superior em circa Papam; & sufficit ut petat licentiam, licet eam non obtineat, quia littera hujus text. in *verbi*. *Illam semper regulam*, ponit specialem in Episcopo, ut Praelatorum dimovere nequeat sine licentia Papae; ergo secus in Praelatis inferioribus, arg. cap. *Novae de praesumptione*, ad hoc cap. *Congregatio*, 16. *quasi*. ult. Aut est immediatè subiectus Papae, & transire non potest, Papa licentiam denegante; sed eo non respondente, valet transitus in sui praedictum; Papa tamen potest eum revocare. Rationes vide ibi per Jo. Andr. cum quo concordant hic Henrich. Boichen. 4. Anchar. n. 8. in 11. *notab.* & Abb. n. 13. Rollet. in *verbi*. *Religio*, 4. num. 8. Angel. in *verbi*. *Religiosus*, num. 35. Sylvell. in *verbi*. *Religio*, 4. *quasi*. 3.

44 Octavo, requiritur ut in hujusmodi licentia petatur antiquam sui transitus ad secundam religionem; alias enim non satisfaceret dispositioni hujus Decretalis, quia ubi in aliquo casu exigitur licentia, non sufficit eam petere ex post facto, sed à principio est postulanda, ut hic per Abb. num. 11. Rollet. in *verbi*. *Religio*, 4. num. 4. & Angel. in *verbi*. *Religio*, num. 35.

45 Nono, requiritur, ut licentia transiendi petatur cum humilitate & paritate, ut hic patet in *verbi*. *Quocirca*, & per humilitatem excluditur temeritas, & praesumptio, & per paritatem excluditur levitas, & jactura, atque injuria ordinis, secundum Holt. num. 7. in *verbi*. *Humilitate*, & in *verbi*. *Paritate*, & Jo. Andr. num. 3. in *vers.* *Utrum verum*.

46 Decimo, requiritur, ut religiosus causam sui transitus assignet Praelato suo; & hoc innuit haec littera ibi; Et non hie, sed verè ad frugem melioris vitae valeat transigrare, secundum Innoc. num. 1. in *verbi*. *Passul eundem*, Holt. num. 8. in *ead.* *verbi*. & Jo. Andr. num. 3. in fin. & num. 6. Cardin. num. 3. in 6. *quasi*. Quod si causam non assignet, sed simpliciter transiendi licentiam postulet, tunc Praelatus cui ejus cura commissa est, debet ab eo causam querere, cur transire velit, ut dicantur idem Innoc. num. 2. Holt. num. 15. in *verbi*. *Utrum quis velit*, & Jo. Andr. num. 6. in *ead.* *verbi*. & Cardin. in 7. *quasi*.

47 Undecimo, requiritur ut religiosus petita licentia, & causa, ut praefertur, assignata, non statim discedat, sed expectet debito tempore responsum a Superiore. Quisquis enim debet consilium, vel licentiam petere, tenetur debito tempore responsum expectare, *Cuius in veteri*, ad fin. de *elect.* & hic notat Jo. Andr. num. 21. Butr. *innot.* 12. Cardin. num. 2. in 3. *opposit.* Anchar. num. 5. in 7. *notab.* & num. 10. in 1. *opposit.* & Abb. num. 8. in *glos.* in *verbi*. *Licentia*, Sylvell. in *verbi*. *Religio*, 4. *quasi*. 1. in 2. *notab.* Debito autem tempore transacto si Superior causam sic assignatam acceptet, tunc religiosus libere transire poterit. Et idem dicendum si Superior causam audire nolit, vel audiat, sed non exaudit, vel non respondet, aut respondet, sed non probabiliter, modo notorie, falsè, vel malè, vel injuste, vel etiam sine aliqua causa licentiam denegat, arg. l. *Nulla differentia*, ff. de *author. tutor.* Nam in istis omnibus casibus poterit libere transire, secundum Innoc. num. 2. Holtien. num. 15. in *verbi*. *Utrum quis velit*, & Jo. Andr. num. 6. in *ead.* *verbi*. & num. 7. Sin autem Praelatus probabiliter respondeat, & Monachus in suo proposito

perleveret, tunc est Superior requirendus, secundum eos: & constat ex dictis supra in 4. requisito, n. 17. quod si Superior licentiam denegaverit, nulla causa assignata debet subditus causam denegationis requirere: & si Superior negaret rationem reddere, ipsi imputandum esse secundum Innocen. n. 4. & latius dicam infra n. 56.

49 Duodecimo, requiritur, ut eidem Praelato constet secundam religionem paratam esse illum recipere, qui licentiam petiit, sique rectè se transferat ad secundam religionem, ne detur ipsi occasio vagandi seu apostatandi, Innocen. in cap. *fin.* num. 2. supra de *renunciacione*. ubi dicit Abbatem non debere licentiam dare Monacho suo intrandi religionem arctiorem, nisi primò eam inveniat, & secundus Abbas paratus sit eam recipere, etsi aliter recedit fugitivus est, & apostata, cum non sit in alienius obedientia; & sequuntur ibi Holt. num. 3. Jo. Andr. num. 7. Butr. num. 9. Cardin. num. 2. *quasi*. 3. & Abb. num. 3. Jo. Monach. in cap. *Cum singula*, n. 5. de *probend.* lib. 6. ubi etiam Ancharan. num. 2. & hodie est expressum in decretis S. Congregationis Concilii de Regularibus apostatis, & ex ceteris, in 3. Bullar. tom. 4. pag. 267.

50 Decimotertio, requiruntur litterae dimissoriae Abbatis primi monasterii, sine quibus secundus Abbas non debet Monachum recipere, ut c. *Statutum*, 19. *quasi*. 3. Quod si absqz litteris hujusmodi veniat, debet Priorem Abbatem consulere, qui si fateatur eum licentiasse, aut licentiam denegasse, nullam, vel manifestè injustam causam assignans, tunc secundus Abbas cum securè recipiat. Idem si assignet causam iustam, quam tamen constet notorie falsam esse. Si verò iustam proponat, & dubiam, tamen si Monachus incontinenti coram secundum Abbate paratus sit probare ipsam esse falsam; tamen non spectat ad secundum Abbatem hujusmodi probationem recipere, imò tenetur Monachum ad priorem Abbatem remittere, vel ad Superiorem ipsius primi Abbatis, vel ipsi met Monachus illum adeat, & coram eo querimoniam exponat de licentia denegata, & ita hic formaliter notat Innoc. n. 5. Holt. n. 17. Jo. Andr. n. 13. Cardin. 9. 17. 18. & 19. & Anchar. n. 13.

Hic ergo requisitus concurrentibus religiosus tunc transire poterit ad arctiorem, petita licentia non obrenta licentia; non tamen censetur plenè translatus, ita ut ad primam redire non valeat, nisi postquam in secunda religione peracto probationis anno expressè, vel tacitè professionem emisserit, ut fuscè probavi in cap. *Ad Apostolicam*, à num. 34. usque in fin. supra eod.

52 Succellive quarto, si regularis transierit ad arctiorem ordinem non petita Superioris licentia, an transitus sit irritus, itaut regularis ad primum ordinem revocari possit.

53 Si transierit ex temeritate, seu levitate, non autem de iudicio perfectioris, seu zelo sanctioris vitae: planum est transitum ad secundam religionem, & professionem in ea emissam non valere, ut per Abb. *conf.* 95. num. 2. lib. 1. Rollet. in *verbi*. *Religio*, 4. num. 6. ubi expressè dicitur non valere hunc transitum, & loquuntur de professis in secunda religione, qui propterea propria auctoritate tenentur redire ad primam; & reddunt rationem, quia etsi variatum sit sententis in articulo, an transitus bono zelo non petita licentia revocari possit; conveniunt tamen omnes eum revocandum fore quando

do transit ex causa temeritatis, vel levitatis, & in hoc casu intelligi debet reus in cap. *Mandatus*, & *quodlibet*, secundum Raimundum in *Summa de translatione clericorum*, prope finem relatam ibi ab Archiepiscopo Innoc. in fin. & in licentia Innoc. in fin. & in cap. *Intestamentum de atar*, & *quodlibet*. ubi Monachus transivit potest redire ad primum monasterium ergo multo fortius potest vocari per Abbatem; & ita puniretur Monachus, qui sine causa transivit, cum graviter deliquisset. Hec Innoc. cum quo concordant Host. in *verb. ubi de rebus vendendis*.

44 Verum si transierit zelo melioris frugis licentia non petita, tunc sunt opiniones, glof. in *verb. Licentiam postulare*, magis propendit in eam sententiam, ut non sit revocandus per id, quod habetur in hoc. c. in fin. ibi: ibi mandamus quod super eo, quod de corde puro, & conscientia bona, & sine non facta fecisse dignoscitur, cum nullatenus molestus. Verum hae litterae nihil faciunt, quia Monachus transivit licentia petita, licet non obtenta. Ejusdem sententiae sunt Petrus de Sampone, & Abbas Ario. *nom. 2. in verb. Puritate*, dum dicunt, hujusmodi licentiam migrandi in strictiore ordinem Monacho petendam esse ex honestate, non autem ex necessitate, quia cum sit a lege publica absolutus, liberè poterit transire. Hi enim proculdubio sentiunt Monachum revocari non posse ex eo, quod licentiam non postulaverit. Quintimo subdit Petrus per auctoritates in textu indicatas de spiritu Dei hoc servari, ut ad strictiorem transiens non petat licentiam, ut refert Jo. Andre. *nom. 7. in verb. Puritate*, & pro hac opinione videtur text. in cap. *Sane, supra eod. ubi de Canonico Regulari*, qui transierit ad monasterium Monachorum strictioris ordinis, text. dicit; ipsum in eodem loco cum pura conscientia remanere permittas.

In oppositum videtur textus in d. cap. *Mandatus*, 19. q. 3. ubi interdicitur ne Canonice Regularis transierit ad Monachos, & sic ad strictiorem religionem, ut c. *Quod Desiderius de statu Monachorum*, & contrarium attentans jubetur ad primum ordinem redire, ac puniret in eozum deinceps memorialem eucallum deferat, & ultimus in choro maneat; & exponere memorialem, id est in memoriam suam transire offensionis, & veterandiam sui delicti, & metum aliorum, secundum Hugon. Archidiacon. & Turcer. In glof. *ubi in verb. Monachus*, intelligit illum text. in Canonico, qui transivit non ex causa levitatis, sed licentia non petita, & ideo cogitur redire, & subdit non obitare textum in d. cap. *Sane, supra eod.* quia ibi sic permissus, & sic est dispensatio, vel ibi fuit petita licentia, secundum Hostien. *hic nom. 9. vers. Tu dicis contrarium*, & in hac opinione refert glof. per allegata, & Archidiacon. in d. cap. *Mandatus*, quam etiam tenet glof. ultimi. & Innoc. in cap. *Intelleximus, supra de atar, & quodlibet*. Et idem Innoc. *hic nom. 4.* Qui ponit tres casus, in quibus Monachus potest ad primum ordinem revocari. Primus est quando sine licentia petita transivit. Secundus quando transivit licentia petita, sed denegata ex justa causa,

Tertius, quando transivit licentia petita & denegata, cum sufficit superiori licentiam denegare, & ad habitum pertinere causam denegationis revertere; & tunc si Superior denegaret reddere rationem; & ipsi impudendum esset, arg. s. *Ecce 3. diffusi*, & in his casibus secundum Innocent. comparat Abbati rei vindictio, vel conductio ex canone, vel officium iudicis. Idem firmat Hostien. *hic nom. 9. vers. Tu dicis contrarium*, & movetur tum per dictum cap. *Mandatus*; tum per text. notum a contrario sensu ibi, licentiam postulaverit, nec non ibi, quia sicut subditas. Idemque putat veritas Jo. Andre. *nom. 21. vers. Quod putaveris, per vers. Quodlibet*, & subdit scilicet vidisse pronuntiarum, sequitur Roman. *conf. 141. circa primum nom. 3. vers. Tertio verò*, dicens petite hoc casu a batem non vile iudicis officium implorare, & revocare Monachum suum, qui iusta causa, innotuit transivit ad arctiorem religionem non petita licentia. Subdit hoc tenere communiter veteres omnes Doctores in hoc cap. Sed & Abb. *hic nom. 10.* dicit hoc tenere communiter moderniores, & in d. cap. 97. *nom. 2. vers. Licet etiam glof.* ubi reprobandis glof. & Goffredo dicit Jo. Andre. & communiter omnes Doctores; & late Burium tenere quod in iustitate quomodoocumque religiosus transierit ad strictiorem religionem non petita licentia etiam non ex animi levitate, teneatur redire ad primam, cum non valuerit aliquo modo transire. Ex quibus patet ab hac opinione recedendum non esse, tum quia eam sequuntur Doctores veteres omnes; tum quia servatur in practica, & est etiam de iure veritas; nam recedens a sua religione non petita licentia Superioris contemnit bonum obediens, & ideo non praesumitur motus ablati spiritus Sancti, sed potius ex animi levitate, secundum Hostien. *hic nom. 15. in verb. Bonum obediens*, Henric. Boich. *nom. 8. & Abb. nom. 10.* Lapis alleg. 130. *ulias 135. nom. 2.* Merito est

37 transiens. Ex quibus patet ab hac opinione recedendum non esse, tum quia eam sequuntur Doctores veteres omnes; tum quia servatur in practica, & est etiam de iure veritas; nam recedens a sua religione non petita licentia Superioris contemnit bonum obediens, & ideo non praesumitur motus ablati spiritus Sancti, sed potius ex animi levitate, secundum Hostien. *hic nom. 15. in verb. Bonum obediens*, Henric. Boich. *nom. 8. & Abb. nom. 10.* Lapis alleg. 130. *ulias 135. nom. 2.* Merito est 38 let iste rigor, cum relictus ad primam, statim possit licentiam petere, & redire ad secundam? Nam ut respondet Jo. Andre. *hic nom. 21. vers. Et si dica*; satis est quod satis iuri requirenti, ut licentiam petat; & allegat simile in cap. *Ad petro-nem, de consecratione*, & in Clem. *Quia regulares, de supplem. negre. Praet.* Item in dicit simile, nam videmus in ordinata electione, vel petitione repulsa, admitti aliam ordinatam de eodem, & super eodem, ut cap. *Saperet, & cap. Innotuit, in fine de elect. cap. final. de revent. & cap. Examinata, de iudic. Faciente notata in cap. *Cum quid de reg. iur. lib. 6.* Praeterea possit reverti sub primam ibi manere innotuit proposito, c. *De parte, de temp. ordina. & cap. Intelleximus, de atar, & quodlibet*. Facit secundum eum quod ipse notat in cap. *Tua, super glof. prima, de sponsalib.* & cum praedictis iunge quae in hac ipsa quaestione dixi in cap. *Non est vobis, 20. 29. ulque in fin. supra eod.**

39 Ad motum Petri, & Abbatis Antiqui, quod licentia peti debeat de honestate tantum, & quod non sit in usu eam petere, Respondet Jo. Andre. *hic nom. 7. hoc esse falsum*, & se vidisse contrarium servari, & ver. Debet, hic positum ex propria significatione necessitate importat, ut notat glof. in *l.ape, in verb. Necessitate, si ubi off. Prefidis*, Felinus c. *Nam concupiscentiam nom. 7. & ibi etiam Alex. de Nayo nom. 25. de Coniugiis*.

Sed

60 Sed apud quem morabitur Monachus hac licentia pendente, qui dicit se transire ad ordinem arctiorem, & licentiam iniuste denegatam, Abbate in contrarium asserente? Respondet Hostien. *hic nom. 16. circa med. vers. Sed apud quem*, quod et si Innocentius videatur hic notasse contrarium: tamen Monachus morari debet apud monasterium, ad quod transivit; tum quia reus est; tum quia ipsum monasterium quali possessionem ipsius habet, arg. *l. final. C. de revindu. l. late ordinata. C. de liberal. caus. & l. Ordinata lite, ff. eod.* & ejus quod legitur, & notatur in cap. *Ex litteris, supra de probat.* Et cum opinione H. St. concordant Abb. *hic nom. 5. & communiter Doctores*.

61 Ultimo QUERITUR pro complemento materiae, an dispositio huius Decretalis vendicat sibi locum in monialibus, adeo ut liceat eis de monasterio transire ad aliud strictioris observantiae, licentia superioris petita, licet non obtenta iure communi inspecto absolutum est id licere, ut c. *Virgines, 20. q. 4.* ubi sic legitur: Virgines sacrae si pro lucro animae suae propter districtiorem vitam ad aliud monasterium pergere disposuerint, ibique commantate decreverint, Synodus concecit. Refertur a D. Thom. in 2. 2. q. 189. *art. 2. vers. Sed contra est*, & ad hoc sufficere licentiam petitam sentit ibi glof. dum allegat hoc capitulum Archid. Bellam. & Turcer. licet Hugo aliter intelligat illud cap. *Virgines*, ut ibi per Turcrem, in fine, nec huiusmodi facultas sublata fuit ex perpetua clausura, quam Monialibus indixit Bonifac. VIII. in cap. *Periculosus, de stat. regul. lib. 6. & conlequenter*, nec a Concilio Tridentino Constitutionem Bonifacii Innovante in cap. 5. sess. 25. de *Regular.* ut illic notat glof. in verb. *Perpetua*, dicens illam Decretalem non tollere, quin Moniales possint velint ad strictiorem religionem humilitatis, & puritatis causa transire quia petita licentia, ut hic, Item una Monialis ad regimen alterius monasterii possit assumi, cap. *Nullus, de elec. lib. 6.* temper enim erunt in clausura. Nec obstat dicitur, ad quod valet iste rigor, cum relictus ad primam, statim possit licentiam petere, & redire ad secundam? Nam ut respondet Jo. Andre. *hic nom. 21. vers. Et si dica*; satis est quod satis iuri requirenti, ut licentiam petat; & allegat simile in cap. *Ad petro-nem, de consecratione*, & in Clem. *Quia regulares, de supplem. negre. Praet.* Item in dicit simile, nam videmus in ordinata electione, vel petitione repulsa, admitti aliam ordinatam de eodem, & super eodem, ut cap. *Saperet, & cap. Innotuit, in fine de elect. cap. final. de revent. & cap. Examinata, de iudic. Faciente notata in cap. *Cum quid de reg. iur. lib. 6.* Praeterea possit reverti sub primam ibi manere innotuit proposito, c. *De parte, de temp. ordina. & cap. Intelleximus, de atar, & quodlibet*. Facit secundum eum quod ipse notat in cap. *Tua, super glof. prima, de sponsalib.* & cum praedictis iunge quae in hac ipsa quaestione dixi in cap. *Non est vobis, 20. 29. ulque in fin. supra eod.**

Verum hodie que quid contrascripserit Thos. Sanchez & alii ab eo citati super Decalogo *nom. 2. lib. 6. cap. 7. nom. 5. & 6.* tenendum est hanc facultatem fuisse Monialibus ademptam ex motu proprio Pij V. Incipien. *Decor*, super clausura Monialium, ut scripsi in cap. *Reculentes, nom. 43. & 49. infra de stat. Monach.* ubi etiam latissime examinavi an tota religio, vel domus religiosa possit se ad arctiorem religionem transferre a *nom. 10. usque ad nom. 54.*

DE REGULARIBUS.

Cap. Consulti.

S V M M A R I V M.

Q Uod ad monasterium convertitur habitum suscipiendo noviti potest infra annum ad saculum redire, nisi appareat eum voluisse vitam mutare omnino.

2 Habitū religionis triplex.

3 Apostata a religione est infamus.
 4 Verbum, credo, a legatore prolatum non impertat opinionem, sed veritatem.
 5 Imperfecta duo quandoque faciunt unum perfectum.
 6 Obligatio ad religionem in genere quibus malis inducatur, c. num. 44. & 50.
 7 Obligatus ad religionem in genere per suspensionem habitus novitiorum cum proposito mutandi vitam potest ad laxiorem ordinem pertransire, c. num. 29.
 8 Novitius ad saculum rediens non debet vivere seculariter, nisi dissolutus.
 9 Potest tamen vestes saeculares deferre, & uxorem ducere.
 10 Si tamen vestes, cum quibus intravit, essent nimis lascivae, honestum esset ut illas deponeret.
 11 Profectatio declarat animum protestantis in factis multiplicitate intelligibili.
 12 Praefectatio non proficit nisi sit contemporanea actus gestis.
 13 Propositum absolute vitam mutandi cum susceptione habitus probationis, an tacitam professionem inducat impediens matrimonium contrahendum, & dirimens post contractum, c. num. seq. usque ad num. 44.
 14 Referuntur auctores, & fundamenta pro prima opinione.

15 Intellectus c. Litterarum, de voto, c. n. 20.
 16 Votum necessario requirit deliberationem, propositum, & provisionem, c. num. seq. Que tamen sufficient implicata, & presumpta, num. 18.
 17 Votum quid sit.
 18 Propositum mutandi vitam quale esse debeat ut obligationem inducat.
 19 Referuntur auctores, & fundamenta pro secunda opinione.
 20 Propositum mutandi vitam cum susceptione habitus novitiorum esse votum simplex quibus argumentis probetur.
 21 Propositum in iure multoties accipitur pro voto solemniter.
 22 Propositum mutandi vitam pro susceptione habitus probationis quibus fundamentis ostendatur non esse votum solemne.
 Intellectus c. Statuimus, de regul. & c. Non solum, cod. tit. lib. 6. *ibidem*, c. n. 22. 33. & 52.
 23 Habitum probationis assumens in dubio non presumitur velle profiteri, sed antequam probare austeritatem religionis.
 24 Votum quando dicatur solemne ad effectum dirimendi matrimonium post contractum.
 25 Referuntur Auctores pro tertia opinione Canonistarum.

26 Professio tacita obligans ad religionem in genere dirimit matrimonium tam prius contractum, & non consummatum, quam post contractum, & consummatum, c. num. seq.
 27 Propone absolute vitam mutare quid sit.
 28 Rona professio in genere generalissima sunt religionis in genere arbitrio Episcopi distribuenda.
 29 Propositum mutandi vitam absolute cum susceptione habitus probationis esse votum solemne quibus fundamentis probetur.
 Intellectus huius, *ibidem*, c. num. seq.
 30 Ecclesia non potest iuste obligare quemquam invitum ad religionem in genere.

H 3

Disti

- 31 Dicitur, saltem, est subsidiaria.
- 34 Intellectus c. Beneficium de regular. lib. 6. Beneficium Novitij vacat per propositum mutandi vitam absolute, ibidem.
- 35 Intellectus c. Gonfaldus. 17. q. 2. Beneficium non vacat per votum Religionis nisi illud sit solenne, ibidem.
- 36 Obligatio ad religionem in genere per susceptionem habitus professorum non oritur ex voto simplici, sed ex tacita professione.
- 37 Habitus professorum extra monasterium assumptus tacitam professionem non inducit.
- 38 Fallit si praeserit votum continentia.
- 39 Votum simplex alicuius ex substantialibus Monachatus solennizatur per susceptionem habitus probatorum.
- 40 Propositum mutandi vitam absolute non presumitur nisi comparationibus indicis ostendatur, & que sint luculenti indicia.
- 41 Testamentum an inducat sufficientem probationem propositi mutandi vitam.
- 42 Propositum mutandi vitam an post Concilium Tridentinum solennizetur per susceptionem habitus probatorum, & num. 55. Novitium ex voto religionem in seipsum proficere non potest ante annum de cunctis sexum completum, nec infra annum probationis, ibid.
- 43 Novitius, qui per annum lassavit habitum probationis, & postea propositum absolute vitam mutare, an censetur tacite professus.
- 44 Professus in religione à Sede Apostolica non approbata, quam putabat approbata, an sint obligati ad religionem in genere, & num. seq. usque in fin.
- 45 Obligatio ad religionem in genere an dirimat matrimonium post contractum, & num. seq.
- 46 Veritas in spiritibus presertim opinionum.
- 47 Impedimentum oritur etiam ex actu nullo.
- 48 Professus in religione, quam credebat approbatam peccat matrimonium contrahendo, & n. 51.
- 49 Professio emissa in verbis Trifastorum an aliquam, & qualem inducat obligationem.
- 50 Professio emissa infra annum probationis in Ordinibus Mendicantium an pariat obligationem ad religionem in genere dirimentem matrimonium post contractum.
- Et quid si profertus intendebat se obligare illi religioni in specie, ibidem, & num. seq.
- Et quid post Concilium Tridentinum, num. 57. & num. seq.
- 51 Professio irrita ex defectu recipientis an obliget religionem in genere, & num. 55.
- 52 In materia voti non valet quod ego, ut ego, valet ut valere potest, & num. 56.
- 53 Fingens se feminam, & professionem faciens in monasterio Masculinum obligatur ad religionem in genere.
- 54 Obligatio ad religionem in genere non requirit consensum recipientis.
- 55 Obligatio ad religionem in genere, que de iure oritur ex professione emissa in religione non approbata, an solennizata fuerit à Concilio Tridentino, & num. seq.
- 56 Novitium fieri debet in religione approbata, alias professio est nulla, nullamque inducit obligationem.
- 57 Dissolutio intelligitur de actu valido.

CONSULTI. Qui ad monasterium coarveritur habitum sumendo novitij, potest infra tempus probationis ad facultatem redire, nisi appareat cum voluisse vitam mutare omnino. Hoc dicit. Communis divisio Consultatio, & responsio. Secunda ibi, licet autem in qua distinguit duo membra. Primum solvitur ibi, in primo. Secundum ibi, in secundo. Tertiò consulitur ibi, ut autem.

2 Nota primò ibi, Habitum sumendo novitij. Quandoque novitiorum habitum esse distinctum ab habitu professorum, ut hic, quandoque est indistinctus, id est à novitiis, & professoribus gestari solitus, quandoque indistinctus, quo scilicet præter novitios, & professos, promiscue utuntur etiam alii communem vitam cum eis ducentes, ut in cap. 1. de regular. lib. 6. & de his vide glol. Magistram in Clem. For. eod. tit. & Henric. Boich. in cap. Statutum, infra eodem.

3 Secundò nota ibi, Apostasia nota, Apostatam à religione esse infamem, prout hic notant Butr. in 1. not. & Jo. de Anania num. 3. Nota enim exponitur, id est infamia, ut l. 2. in prin. i. o. Hac nota laboratur, ff. de his, qui notantur infamia, & de triplici specie apostasia, vide glol. i. in ca. infra. de apostat. Hoil. & Jo. Andr. hic in prin.

4 Tertiò nota ibi, Credimus, hoc verbum à legislatore prolatum non opinionem, id est assensum unius partis cum formidine alterius, sed veritatem importare, concordat textus in cap. 2. in fin. de passulan. in l. Et si quis, §. Si exiit unum, vers. Credo tamen, ff. de religio. & sumpt. funer. idem de ver. videtur, quod probatum à lege est expressivo veritatis, cap. De cetero, & ibi diximus, 2. post Joan. Andr. de Butr. Cardinal. & alios infra de homicid.

5 Quarto nota ex duobus imperfectis quandoque fieri unum perfectum: nam solum propositum absolute vitam mutandi non facit Monachum, ut c. Litteraturam, infra de voto, & c. Ex etiam iussu cum ibi notatis, supra de renuntiat. Similiter nec solum habitus novitiorum Monachum facit, c. Ex parte, Statutum infra eod. & cap. 1. eod. tit. lib. 6. Abbas Antiqu. hic num. 3. Hostien. in c. Correctum, num. 5. supra eod. & est planum. Et tamen si hæc duo simul iungantur, in unam speciem perfectam coalescunt, & tacitam professionem inducunt, ut hic est casus secundum lecturam Innocentii communiter approbatam; de cuius tamen veritate latissime dicam infra in 1. questione à num. 13. usque ad num. 40. Et potest appellari hæc professio irregularis, quæ scilicet extra Ordinem ex duobus imperfectis relucit, prout in simili Anchar. post Hostien. in c. Insinuante, num. 3. infra qui Cler. vel ver. sic appellat professionem tacitam, que inducitur simul ex voto castitatis, & ex habitu professorum extra monasterium suscepto; quæ tamen seorsim non inducunt professionem, ut ibi dixi num. 16. finitum regular. habetur in cap. Nihil, 7. q. 1. & in l. 2. §. fin. iuncta glol. in ver. Excusatur, ff. de excusat. tutor. n. 48. ff. de iureiur. ubi docet ex duobus probationibus (emplenis fieri unam plenam probationem: contraria tamen regula, videlicet, duo imperfecta non facere unum perfectum elicitur ex c. Quorundam, & ibi glol. 1. 23. dist. ex l. Spadonem, §. Qui iura mult a. ff. de excusat. tutor. & l. 1. §. fin. c. Qui iur. tutel. se excusant.

6 Quintò nota ibi, Ad laxiorem saltem regulam

pertransire. Unum modum inducendi obligationem ad religionem in genere, videlicet cum quis proponit absolute vitam mutare, & suscipit habitum probationis: sed de hoc latius infra à no. 13. Alius modus est cum quis proficitur expressè infra annum probationis in Ordinibus Mendicantium, ut in c. Non solus, & ibi notat gl. in ver. Vestra Ordini, de regularibus lib. 6. Alius item modus est cum quis tacite proficitur per susceptionem habitus professorum infra probationis tempus in Ordinibus tam Mendicantium, quam non Mendicantium: nam in istis in te intelligitur text. in c. Constitutionem, vers. Tacita vero facta, eodem tit. & lib. ut ibi declarat glol. communiter approbata in ver. obligat. Alios denique modos habes infra n. 44. & 50. Hodie tamen hæc obligatio nem ad religionem in genere sustulit Tridentina Synodus in cap. 15. sess. 25. de regul. in illis verbis, Nollamque inducat obligationem, & c. Nisi in casibus, ut plenius dicam infra n. 42. & n. seq.

7 Sextò nota ex istis verbis Ad laxiorem saltem regulam. Obligati ad religionem in genere per susceptionem habitus novitiorum cum propositio absolute vitam mutandi non teneri transire ad æqualem, sed posse eligere minorem, seu laxiorem, etiam nulla subsistente causa, secundum Ant. de Butr. n. 2. concordat. c. Super eo, supra eod.

8 Septimò nota ibi Non ut seculariter vivat. Novitium ad seculum redeuntem non debere seculariter vivere, id est dissolute, ut cap. Dilectum, 21. dist. & explicat glol. hic in verb. seculariter, scilicet portando arma, vel luxuriose vivendo, arg. cap. For. 20. q. 3. secundum Innoc. num. 3. & Hostien. num. 13. Poterit tamen uxorem ducere, & vestes seculares deferre, cum præcipiat regula Sancti Benedicti, ut in eadem vestes, in qua intraverunt, revertantur, ut in d. c. Super eo, in fin.

9 Si tamen vellet, cum quibus intravit, essent nimis lasciva, honestum esset ut illas deponeret, & honestior es assumeret, idque in memoriam prillina religionis, arg. l. Servus, c. de quasi, prout hæc adducuntur hic Jo. Andr. n. 7. Butr. num. 9. & 10. Cardin. n. 8. Anchar. n. 4. & Jo. de Anania eod. nu. Subdit tamen Abbas num. 5. hoc verum esse de honestate, non ex debito; quia in nullo obligatur ille ultra alios seculares, sed exhortative fuit dictum, ut non vivat seculariter.

10 Ultimò nota ex fine textus effectum protestationis: nam declarat intentionem protestantis in facto prægnanti, & multipliciter intelligibili, secundum Ant. de Butr. num. 3. & Anchar. num. 5. facit text. in l. Nefemius, ff. de negot. gest. Item pondera illa verba, in principio protestatus, que probant protestationem non prodesse nisi sit contemporanea actus gelli: quare actus dubius non recipit declarationem à protestatione postea subsequuta, ut hic per Butr. eod. nu. 3.

11 QUERO pro explicatione materie An propositum absolute vitam mutandi cum susceptione habitus probationis tacitam professionem inducat, adeo ut non solum impediatur matrimonium contrahendum, sed etiam dirimat post contractum.

Hic est unus ex articulis, in quo Theologi discrepant à Canonistis. Sed nec Theologi conveniunt inter se. Unde in universum scribentes in tres se dividunt opiniones.

12 Prima opinio est illorum, qui arbitrantur hu-

jusmodi propositum nullam proles obligationem inducere, ac proinde non esse impedimento, quin liberè novitius possit ad seculum redire, ac matrimonium contrahere, & non tantum reddere, sed etiam exigere debitum conjugale. Intel quos numerantur Cajetanus in 2. 2. q. 88. art. 1. dubio penult. & in opusculo tom. 1. tract. 31. in 7. respons. Sor. lib. 7. de inst. & iur. quest. 1. art. 2. vers. Hoc tamen non obstant, Couar. de pactis, 1. par. §. 3. num. 12. circa medium, Et ex Summis Angel. in ver. Votum, 1. nu. 7. Sylvester. in ver. Religio, §. 8. vers. Quarta, ibi, nec alia opinio, & in ver. Votum, 1. qu. 2. Navar. in manual. c. 12. num. 26. & alij complures, quos novissime refert & sequitur Sanchez, de matrimonio, lib. 8. dist. 33. n. 19. Allegantur etiam pro hac opinione duo celebres Canonistæ. Unus est Archid. in cap. Qui bonas, n. 2. 17. q. 1. Alter est Abbas in c. Litteraturam, in 2. not. infra de voto. Verum Archididæ simpliciter formatur quæstionem: Pone quod quis proponit seculum mutare, & religionem intrare, & cum tali proposito habitum recipit, numquid taliter ingrediens obligatur? Et primo dicit Host. tenere quod sic, & quod tale propositum æquipollens voto solenni. Deinde recitat sententiam D. Tho. assertentis ad votum tria requiri, videlicet deliberationem, propositum, & permissionem: nec aliud subiungit: Abbas verò dicit communiter sentire Doctores nostros ex proposito deliberato, & confirmato quem obligari ad executionem boni concepti, & deliberati, & mox recenfit doctrinam D. Thomæ, de qua supra; & subdit illam destruere multas theoricas Canonistarum; & verumtamen in fine concludit hoc propositum esse votum simplex religionis, ut inferius patebit n. 19. vers. Et sequitur Abbas.

13 Pro hac opinione adducitur primò text. in d. c. Litteraturam, infra de voto, ubi patet proponentem in animo religionis ingressum ad illum non teneri.

14 Sed certè ille textus nihil facit, quin potius in contrarium retorquetur; quia dicit ex proposito mente concepto non esse inductam obligationem plus non est in voto processum. Ergo à contrario esset inducta, si ulterius processum esset puta ad habitus susceptionem, ut hic. Unde merito Host. ibi inducit illud c. Pro opinione Canonistarum, ut etiam refert Archid. in d. c. Qui bona, n. 12. 17. q. 1. Præterea ille text. non loquitur de deliberatione, & proposito firmato, de quo nunc agimus, sed de proposito prout est nuda conceptio boni explicandi, ut dicit infra n. 20.

Deinde pro hac parte adducitur ratio admodum stringens: nam proponens absolute vitam mutare & habitum probationis recipientis, neque obligatur ex voto, neque ex præcepto Ecclesiæ. Non ex voto, quia ut egregie docet S. Thom. in 2. 2. q. 88. art. 1. ad votum tria necessarii requiruntur: Primò quidem deliberatio; Secundò propositum voluntatis; Tertiò promissio, in qua pericitur ratio voti. Superadduntur autem quandoque alia duo ad quandam voti confirmationem, scilicet, pronuntiatio oris secundum illud Psalmi 65. Reddam tibi votum meum, quæ diffinietur Labia mea, &c. & testimonium aliorum. Unde ut Magister diffinitio 4. sentent. dist. 38. Votum est iustificatio quædam promissionis spontanea, quæ Deo, & de his quæ sunt Dei, fieri debet. Solum ergo

propositum non est votum, ita D. Thom. quem tota schola Theologorum sequitur, Sylvestro teste in ver. *Votum, in quibusda. & Religio, 5. q. 8. vers. Sed nec opinio.* Quod etiam ubique innuit Scriptura, & in specie Deuteronom. 23. *Cum votum voteris Domina Deo, & facies sicut promissisti, & Ecclesiast. 5. Si quis vorisisti Deo, ne moveris reddere, distinet enim ei infidelis, & sinita promissio.* Ergo ut infert S. Thomas, Votum est promittere, & votum est promissio. De iure etiam canonico hoc probatur in dict. cap. *Litterarum, de voto, & de iure civili in l. 2. ff. de p. lict. ubi patet votum causari ex quadam sollicitatione, id est unius promissione, ut l. *Pallius, ff. eod.* Quare, ut inquit Abbas in d. cap. *Litterarum, Si de ratione voti est promissio, secundum B. Thom. & Archid. Doctrina Canonistarum circa istam questionem evocatur, sed & Sylvest. Religio, 5. q. 8. vers. Quarta, mordet Canonitas quod male intelligentes iura, quae loquuntur de proposito mutandi vitam absolute, putant promissionem non esse de ratione voti, sed sufficere solum propositum coram Deo. Itaque suscipiens probationis habitum cum tali proposito non obligatur ex voto. Sed neque obligatur ex precepto Ecclesiae; tum quia secundum Sylvestrum de hoc precepto nullibi constat; tum quia Ecclesia non potest quemquam non consentientem obligare ad continentiam, cap. *Integritas, 32. q. 1. & latus infra num. 28.***

18 Ut satisfiat huic objectioni, in qua ferè consistit vis tota praesentis disputationis, observandum est Canonitas nullibi asserere promissionem non esse de ratione voti, sed supponunt sufficere implicitam, & praesumptam, quod & Theologi admittunt praesertim Cajetan. praelegatus in 2. 2. q. 88. art. 1. *duo, penult.* dicens talis esse propositum, de quo Canonès loquuntur. Quare Hostien. *hic in 9. in ver. Propositum, declarans quale debeat esse propositum mutandi vitam ad hoc ut obligationem inducat, sic ait: [Non intelligas hoc quod ex solo proposito obligatur, sed ex proposito deliberato, & continuo, & voto emisso, maxime suscepto habitu, cap. Sicut nobis, cap. Porcellum, supra eod. Non igitur Doctores nostri intelligant posse dari votum sine promissione; sed sub nomine propositi intelligant, & simpliciter complectuntur illa tria, quorum explicitè meminit S. Thom. videlicet deliberationem, propositum, & promissionem, prout illorum mentem declarat Tabiena in ver. *Votum, primo, vers. Notandum tertio:* ait enim: Non ita seriosè distinguunt Canonites, sed in ver. Propositum intelligebant omnia illa tria, & quando dicunt quod non requiritur promissio, intelligunt de exteriori.] Hæc ibi, quod est ad mentem Canonum, qui ad obligationem inducendam non sunt contenti nudo, ac simpliciter proposito, sed requirunt propositum absolutum, quod includit deliberationem praecedentem, & promissionem subsequentem, scilicet interiorem, & implicitam. Unde hoc propositum habere rationem voti solum simpliciter admittunt multi ex Theologis proximè citandi.*

19 Secunda opinio est existimantium hoc propositum mutandi vitam absolute cum assumptione habitus novitatus non esse votum solenne religionis, sed votum simplex impediens quidem matrimonium contrahendam; sed non dirimens post contractum, iuxta tex. in cap. *Consultus, in fi.*

*Qui cler. vel non, & in cap. un. §. Reliqua vero, de voto, lib. 6. Cuius sententia fuit Petr. de palud. in 4. sentent. dist. 38. q. 1. art. 1. conclud. 3. num. 11. ubi tenet eum qui suscipit habitum alicuius religionis non animo probandi, sed cum firmo proposito permanendi, non posse ad saeculum redire, quia hoc æquipollet voto simplici ex vi status Ecclesiastici de quo in cap. *Statutus, de Regular, & eam sequitur S. Antoninus 3. par. tit. 16. c. 2. §. vers. Quartus, & vers. Sed quantum ad Deum, ubi ait: (talem obligari ad religionem in genere quantum ad Deum, in foro conscientie: si firmo propositum habuit permanendi. Sed durum videri ut obligetur voto solenni, quia hinc magnus laqueus injiceretur animabus, quod Ecclesia non facit, cap. *De viduis 27. q. 1.* Ideoque sibi magis placere opinionem, quod obligetur ex vi voti simplici, quod utique impedit, sed non dirimit matrimonium contractum. Licet communiter Canonitas videantur dicere quod illud habeat vim voti solennis, quod si esset; matrimonium post contractum, & consummatum dirimeret. Verum quia hoc esset ex statu Ecclesiae sicut & de voto continentiae in Ordinibus sacris: ideo Papa potest cum talibus dispensare in contrahendum, ut patet in cap. *Quidam, de vita & castitate, in 2. c. 2. vers. Nota ergo secundo.* Et ex Canonibus hoc tenet hic Cardinalis num. 4. in *fin. vers. In praedicta, ubi firmat obligatum ad religionem in genere ex proposito vitam mutandi absolute cum susceptione habitus valde matrimonium continere, cum non sit religiosus, & cogendum esse in religione perseverare non propter professionem, sed propter votum simplex, & dicit leita in facto contulisse, & sequitur Abb. *num. 3. ubi post multa concludit: Tales non esse veros religiosos, sed peccare mortaliter stando in saeculo, & non mutando religionem, ex quo propositum habuerunt mutandi perpetuo vitam, eo quod ex tali proposito videntur Deo voluisse servire; unde veniunt contra votum stando in saeculo non tamen obligantur ad intrandam eandem religionem, sed possunt intrare laxiorem. Idem firmat Syl. in verb. *Religio, 5. q. 8. in fine, ubi ait: Dicit ergo quod propositum mutandi vitam absolute est votum simplex religionis, vel est oblatio professionis, qua in ipso religionis ingressu multi petebant profiteri licet non admitterentur subito, sicut olim poterant in omnibus religionibus, & nunc possunt in non Mendicantibus: unde isti remanebant obligati religioni in genere, & non erant profecti.] & in verb. *Religio, 5. q. 19. vers. Quarto inducitur, dicit falsam esse opinionem illorum, qui dicunt tacitam professionem induci per assumptionem habitus novitatorum cum proposito vitam mutandi absolute. Et veram opinionem esse quod hoc propositum sit votum expressum perseverandi in religione, vel etiam votum intereratatum, ut cum quis se offert professioni, nec tamen sit profectus, quia alius non subito acceptat.] Hæc enim ille. Unde patet Abbatem, & Sylvestrum perperam allegari à Modernis pro prima opinione. Et cum his sentit Tabiena dicens opinionem Cardinalis esse valde probabilem, in ver. *Votum primo, vers. Notandum tertio.*******

Hæc sententia duas implicat assertiones. Altera est affirmativa, videlicet hoc propositum cum susceptione habitus esse votum simplex religionis & in

de hoc discrepat à prima opinione. Altera est negativa, id est non esse votum solenne, & in hoc discrepat à tertia Canonistarum.

20 Primi assertio, videlicet esse votum simplex, probatur primo ex c. *Qui bona, 17. q. 1. ubi Gregorius: Qui bona, inquit, agunt meliora agere delibent, & deliberata non faciunt, licet in bonis prioribus perseverent, in conspectu tamen Dei ceciderunt ex deliberatione;] quæ, non intelligitur de proposito, prout est nuda concepcio boni explicandi, quæ non obligat ad bonum conceptum exequendum, ut est casus in d. cap. *Litterarum, secundum Abb. ibi in summa, seu de deliberatione, & proposito firmato, quale est propositum de quo agitur, ut ibi declarant Hugo, & Archidia.**

Deinde probatur eadem assertio in cap. *Propositum, 20. q. 2. ubi Leo Papa: Propositum, inquit Monachi proprio arbitrio, & voluntate susceptum deseri non potest absque peccato; quod enim vovit Deo, debet & reddere. Ergo propositum est votum, & concordat. tex. in cap. *Legibus, Ad propositum invitatus reverti cogatur, & in cap. *Supplicium 27. q. 1. ubi pluribus in locis propositum, votum pro eodæ accipiuntur.***

Ceterum ad d. cap. *Qui bona, & alia sora, quæ accipiunt propositum pro voto simplici responderi procedere, si ulterius non sit in voto processum, scens si processum fuerit ad habitus susceptionem; quia tunc propositum solemnizatur, ut patet ex autoritatibus, & rationibus infra adducendis pro tertia opinione: tex. vero in d. c. *Propositum, & c. seq. probant oppositum, quia loquuntur de proposito prout est votum solenne religionis acrimens matrimonium post contractum sicut etiam accipiunt in cap. *Valde 2. propositum, in cap. *Virginibus, & in c. *Vi dant, qua, 27. q. 1. & passim alibi.*****

Deinde probatur eadem assertio, quia suscipiens habitum novitatus cum proposito vitam mutandi absolute non potest redire ad saeculum, sed tenetur sicut ad laxiorem regulam pertransire, ut hic est casus, & in cap. *Statutus, in fi. eod. Hæc autem obligatio omni non potest ex precepto Ecclesiae in patet infra num. 30. Ergo necesse est ut oriatur ex voto: hoc autem votum non est solenne, ut mox probatur; reliquum est igitur ut sit, votum simplex impediens, sed non dirimens, ut in cap. *Antio, vers. Reliqua vero, de voto, lib. 6.**

22 Secunda autem assertio, id est hoc propositum cum susceptione habitus probationis non esse votum solenne religionis, probatur primo in d. c. *Statutus, in fi. eod. & in c. *Non solum, eodem tit. lib. 6. ubi professio tacita, & expressa, & propositum absolute vitam mutandi tanquam diversè accipiuntur, ut patet ex illis verbis: Nisi professus sit tacite, vel expresse, aut ex denter contit illum vitam voluisse mutare: spondendo dictionem alternativam, aut, quæ proponitur inter diversa, l. *Hæc verba, de aut ille, ff. de verbor. signifi. cum similibus. Ergo huiusmodi propositum nec est professio tacita, nec expressa, sed quæ tertium: quod arg. in effectu videtur Abb. *hic in 3. vers. Nunc nota textum, & Sylvest. in ver. *Religio, 3. q. 19. vers. Quarto inducitur.*****

Responderi tamen potest in d. cap. *Statutus, agi de professione expressa, & de duabus speciebus*

professionis tacite; una scilicet, quæ inducitur per susceptionem habitus professionum, alia verò, quæ inducitur ex proposito mutandi vitam absolute. Unde non sequitur ut hoc propositum non sit professio. In predicta verò Decretali non solum, agitur de professione expressa, item de professione tacita in genere, & de una specie professionis tacite, quæ scilicet inducitur ex huiusmodi proposito, mutandi vitam. Propterea autem hæc species contrahitur a tertia professione in genere, quia illa regulariter obligat præchè illi religioni, cujus habitus est susceptus, cap. 1. ibi, Religionem assumptam præsumitur veraciter esse professus; *in sa. eodem lib. 6. & Clem. *Bar, ibi, Religionem illam decernimus esse profectos, & ibi glo. in ver. *Man, eod. tit. Hæc verò non obligat nisi religioni in genere, ut hic patet. Non ergo sequitur ut hoc propositum non sit professio tacita; sed tantum sequitur ut non sit ex illis speciebus tacite professionis, quæ obligant religioni in specie.***

Probatur secundo in cap. *Ex transmissis, supra de renunc. ubi, ut inquit Sylvest. in ver. *Religio, 5. q. 8. vers. Quarta. Clare patet quod votum intrandi religionem, & propositum perseverandi simul non faciunt religio sum per habitus susceptionem, nec aliquam manent professionem.**

Vocum Sylvest. videtur tali in intellectu illius Decretalis: nam, ut obviavit hu. Innoc. *no. 3. Hostium, 9. vers. In praedicta, Jo. Andr. *num. 5. in fin. vers. Et in Decretal. & dicit. *num. 7. 10. nullum propositum certam habitum, sed tantum probationis habitum petunt nullo voto præcedente, ut ibi etiam notatur.***

23 Probatur tertio, quia professio Regularis sine animo, & voluntate profecti non inducitur, cap. *Profectus clericus, 20. q. 3. & cap. 3. supra eod. cum multis similibus. At proponens absolute vitam mutare, & suscipiens habitum probationis utique non intendit profecti, sed magis experiri religionis austeritatem; nam si vellet profiteri, assumeret habitum professionis non probationis, *super ea, cum ibi notatis supra eod. & notat hic glo. *Vincens, de castitate, ubi reprobat opinio. ne Jo. Anst. *his quoque inquit, assunt habitum novitatis, nec faciunt professionem, nec renuntiant saeculo expresse, non intendit se obligare simpliciter, sed potius conditionaliter experiri observantiam regularem. At respondetur hoc argumentum & glo. hæc auctoritatem procedere cum quis ingreditur simpliciter religionem, nec apparet quod propter vitam mutare absolute: cuius enim suscipiendo habitum novitatis non premitur velle profiteri, ut dicit glo. *in l. 1. & glo. *penult. in c. *Statutus, in fi. eod. propositum cum vitam mutandi vitam non præsumitur nisi ex probatione, & competentibus iudicis ostendatur, ut dicitur in d. cap. *Non solum, in praedicta, lib. 6. Præter autem quæritur proponitur de illo, quæ in evidenter constat vitam mutare voluisse, qui recipiendo postea habitum præsumitur velle votum suum solemnizare, ut probabitur in argumentis pro tertia opinione.********

24 Probatur quarto secundum Cardinalem, quia votum non solemnizatur ad eum, cum dirimens matrimonium post contractum, nisi per susceptionem sacri Ordinis, vel per professionem expressam, vel tacitam factam alicui de religionibus per Sed. Apostolicam approbatus, ut dicitur in *can. de*

Vol. lib. 6. Hic autem nec Ordinem sacrum suscipit, ut supponimus; nec proficitur expressè, vel tacite in aliqua religione, sed tantum obligatur religioni in genere, ut hic patet. Ergo illius votum non est solemnè ita ut dirimat post contractum.

At respondetur negando minorem; nam qui propoluit absolute vitam mutare, suscipiendo postea habitum certæ religionis, quantum in se est tacite proficitur in illa: quod autem eidem religioni non obligetur in specie, non provenit ex his, sed ex canone, qui indulget sic proficenti, ut possit ad laxiorem saltem regulam pertransire, ut hic statuitur. Adde quod illa verba d. c. 20. alicui de religionibus approbatis, verificantur etiã in illo, qui obligatur religioni in genere, ut clarè probatur in c. Constitucionem, de regul. lib. 6. in verbis. (Tacite vero facta generaliter religioni alicui recipientem obligat.) Ponderando quod tex. utitur illa dictione, alicui, qua etiam utitur prædicta Decretalis unica. Et est ratio quoad substantialia regulæ, de quibus in c. Cum ad monasterium, infra de stat. Monach. paria sunt profiteri hanc, vel illam religionem, vel religiones omnes in genere, cum in substantialibus non differant, sed una sit religio, ut tradunt Fed. de Sen. cons. 5. Quidam Monachus, sub num. 2. vers. Præterea sufficit, Cald. cons. 391. alius 6. de Regular. in primo. vers. Aut professo illius, Lap. allegat. 130 incipien. Pro duobus, num. 4. plenè Ancharr. cons. 321. Premittenda sunt.

Probatur ultimò, quia professio nec expressè, nec tacite fieri potest nisi recipiatur ab eo, cuius est religioni incorporare, cum sit contractus recipiens, qui non potest consistere ex parte unius tantum, l. In omnibus, la secunda, ff. de ad. & obligat. & probatur in c. Porrectum, & ibi dixi in ult. notab. & in c. Ad apostolicam, infra eodem, & docet S. Thomas in 4. distinct. 38. qu. 1. art. 2. q. 3. ubi ait, (Non esse votum solemnè ad dirimendum, nisi quando aliquis se dat principaliter Deo, dirimis le servitium mancipando, quod quidem fit per Ora. facti susceptionem, vel per professionem certæ regulæ debito modo factæ, scilicet in manu ejus, qui debet recipere, & aliis circumstantiis servatis, quæ per jura determinantur, aliàs enim non esset votum solemnè quantumcumque quis profiteretur, quia in tali professione non fieret lub potestate eorum, qui religioni præsent.) Hæc S. Th. quem in proposito refert, & sequitur Tabiena in verb. Votum, primo, in 3. notab. vers. Idem tenet S. Thom. Is verò, qui suscipit habitum probationis cum proposito absolute vitam mutandi, nulli certo Ordini à Superioribus aggregatur, sed solum remanet obligatus religioni in genere, ut hic patet. Ergo deficiente religionis consensu, illius votum non est solemnè; quo præcipuo fundamento Abbas hic num. 3. tenet contra communem sententiam Canonitarum.

Ceterum facilis est responsio; nam major propositio, qua dicitur est professio non valere sine consensu recipientis, declaratur ut procedat in professione, quæ sit alicui religioni in specie, non autem in illa, quæ sit religioni in genere, in qua recipientis consensu nec est necessarius, nec possibilis secundum communem opinionem, & veram præterea questione sequenti num. 15.

Tertius igitur opinio est Canonitarum, qui ferè omnium consensu euent hoc propositum mu-

tanò vitam absolute, solemnizari per assumptionem habitus novitatis, adeo ut inducat professionem tacitam, non quidem obligantem alicui certo Ordini, sed religioni in genere, & non tantum impediatur matrimonium contrahendum, sed etiam dirimat post contractum, ita Goffred. in summa de Regular. 12. Henrich Boich. in c. Statutum, n. 9. infra eod. & hic docet Innocent. in princ. in ver. Proposuerit, ait enim: (Si de proposito mutandi vitam legitime consulerit, videlicet vel per confessionem, quam nunc facit, vel per protestationem, quam fecit ingressu, hic habitus solemniter susceptus dirimat matrimonium jã contractum, subaudi non consummatum, ut mox patebit: hæc enim protestatio, live intentio cum susceptione habitus probationis habetur pro tacita professione, & est hic argumentum, quod habitus probationis solemnizatur propositu.) Hactenus ille, & consensit Abb. Antiq. n. 4. Quid enim, inquit, si quis velit absolute vitam mutare, & intravit religionem postea exivit, & contraxit, numquid tenet matrimonium? Dicit Goffred. quod non? licet habitus non obligaverit ad certum locum, tamen obligavit eum in genere. Idem plenius firmat Holl. 3. Qui primo exponit verbum, absolute, id est non intendens retrocedere, sed omnino mundum fugere, & in religione perseverare, & mox subdit: (Ex quo cum tali proposito intrat, & habitum suscipit, omnino religioni obligatur; & consilio de hoc proposito, habitus solemniter susceptus dirimit matrimonium jam contractum, & non consummatum, jcap. Ex publico, & c. Ex parte, & secundo, infra de convers. coniugatis. multò fortius post contractum, cap. Memorimus, infra Qui cleric. vel vovet, quia talis intentio cum susceptione habitus pro tacita professione habetur, cap. Statutum, infra eod., & arg. c. 3. §. 1. de voto, ubi de hoc & infra num. 12. Quærit quid si novitius qui voluit absolute vitam mutare, postea matrimonium contraxerit, an valeat, & resolvit non valere. Quia, inquit, est habitus non solemnizet votum quoad regulam assumptam, solemnizatur tamen quantum ad Monachatum, sive religionem in genere, in quam consensit cum habitu assumptum intendens absolute vitam mutare. Id ipsum tenet Jo. Andr. num. 7. in gloss. [Numquid, dicens, qui voluit absolute mutare vitam, si contrahat, non tenet matrimonium, quia religio- osus est, licet non præcisè illius religionis. Unde dicebant Vincent. Innoc. & Holl. quod ille qui ingreditur habebat sponfam non cognitam, illa statim poterat cum alio contrahere; & hoc satis probatur in cap. Beneficium, infra eod. lib. 6.] Hæc Jo. Andr. & sequuntur Collectar. in princ. dicitur. 6. Anchar. num. 7. Jo. de Anagnino num. 6. Qui primo cum hac opinione transire omnes ferè legibentes præter Cardinalem testatur Abb. n. 3. vers. Et cum hac opinione. De communiter etiam Canonitarum testatur S. Antoninus in 3. par. tit. 16. cap. 2. §. 4. vers. Communiter tamen, & passim Moderni. Eidem sententiæ adscribendi sunt Antiores, qui tenent bona professorum in genere generalissimo esse religionis in genere, & arbitrio Episcopi fore distribuenda: quod censuit Galpar. de Cald. consil. 23 incipien. Quidam fecit professionem, hoc tit. quem referunt & sequuntur in c. In presentia, de probat. Butr. & Abb. ant. nu. 6. q. & scripsi plenius in c. Quia ingrediens, num. 19. & sequi supra

26 in ver. Proposuerit, ait enim: (Si de proposito mutandi vitam legitime consulerit, videlicet vel per confessionem, quam nunc facit, vel per protestationem, quam fecit ingressu, hic habitus solemniter susceptus dirimat matrimonium jã contractum, subaudi non consummatum, ut mox patebit: hæc enim protestatio, live intentio cum susceptione habitus probationis habetur pro tacita professione, & est hic argumentum, quod habitus probationis solemnizatur propositu.) Hactenus ille, & consensit Abb. Antiq. n. 4. Quid enim, inquit, si quis velit absolute vitam mutare, & intravit religionem postea exivit, & contraxit, numquid tenet matrimonium? Dicit Goffred. quod non? licet habitus non obligaverit ad certum locum, tamen obligavit eum in genere. Idem plenius firmat Holl. 3. Qui primo exponit verbum, absolute, id est non intendens retrocedere, sed omnino mundum fugere, & in religione perseverare, & mox subdit: (Ex quo cum tali proposito intrat, & habitum suscipit, omnino religioni obligatur; & consilio de hoc proposito, habitus solemniter susceptus dirimit matrimonium jam contractum, & non consummatum, jcap. Ex publico, & c. Ex parte, & secundo, infra de convers. coniugatis. multò fortius post contractum, cap. Memorimus, infra Qui cleric. vel vovet, quia talis intentio cum susceptione habitus pro tacita professione habetur, cap. Statutum, infra eod., & arg. c. 3. §. 1. de voto, ubi de hoc & infra num. 12. Quærit quid si novitius qui voluit absolute vitam mutare, postea matrimonium contraxerit, an valeat, & resolvit non valere. Quia, inquit, est habitus non solemnizet votum quoad regulam assumptam, solemnizatur tamen quantum ad Monachatum, sive religionem in genere, in quam consensit cum habitu assumptum intendens absolute vitam mutare. Id ipsum tenet Jo. Andr. num. 7. in gloss. [Numquid, dicens, qui voluit absolute mutare vitam, si contrahat, non tenet matrimonium, quia religio- osus est, licet non præcisè illius religionis. Unde dicebant Vincent. Innoc. & Holl. quod ille qui ingreditur habebat sponfam non cognitam, illa statim poterat cum alio contrahere; & hoc satis probatur in cap. Beneficium, infra eod. lib. 6.] Hæc Jo. Andr. & sequuntur Collectar. in princ. dicitur. 6. Anchar. num. 7. Jo. de Anagnino num. 6. Qui primo cum hac opinione transire omnes ferè legibentes præter Cardinalem testatur Abb. n. 3. vers. Et cum hac opinione. De communiter etiam Canonitarum testatur S. Antoninus in 3. par. tit. 16. cap. 2. §. 4. vers. Communiter tamen, & passim Moderni. Eidem sententiæ adscribendi sunt Antiores, qui tenent bona professorum in genere generalissimo esse religionis in genere, & arbitrio Episcopi fore distribuenda: quod censuit Galpar. de Cald. consil. 23 incipien. Quidam fecit professionem, hoc tit. quem referunt & sequuntur in c. In presentia, de probat. Butr. & Abb. ant. nu. 6. q. & scripsi plenius in c. Quia ingrediens, num. 19. & sequi supra

27 28 29 30 31 32

supra de resam: Hic enim absque dubio sentiunt illius votum esse solemnè: nam per votum simplex bona non acquiruntur religioni, sed per professionem dumtaxat, ut cap. Quia ingrediens, cap. Perlatam, & cap. Si qua mulier, 19. q. 3. cum simil.

29 Pro hac tertia opinione allegatur primò text. apertus hic, ubi Pontifex consultus an novitius infra aium possit redire ad sæculum, distinguit an propoluerit absolute vitam mutare, an conditionaliter experiri observantiam regularem. Et in primo casu determinat cum debere ad laxiorem

30 saltem religionem pertransire, ut regulariter vivat. Inquiri unde oritur: hæc obligatio migrandi ad laxiorem, ibique regulariter vivendi. Et certè non ex nudo Ecclesiæ præcepto, qui non potest justè præcipere tam aspera, nec quemquam perpetuò invitum religioni mancipare, cum contentia res sit magis voti quam præcepti, quæ suaderi potest, non imperari, dicitur textus in cap. Insegritas, 32. q. 1. c. de his 28. dist. & ibi Turrecrem. n. 7. Navarr. cons. 39. nu. 2. de Regular. consensus enim est de ratione intrinseca Monachatus, cap. Presens Clericus, 20. q. 3. & c. 1. supra eod. cum concor. quas ibi de dicitur. 20. & 24. Rursus hæc obligatio non oritur ex voto simplici, quia vovens profiteri in certa religione tenetur ibi, & nõ alibi esse professus, ut est textus in cap. Peritus, infra de voto: quod si ibi non recipiatur, solutus est voto, nec tenetur, aut cogi potest intrare laxiorem, ut docet S. Thom. in 2. 2. q. ult. art. 3. ad 2. quem refert, & sequitur Archid. in c. Scimus, nu. 2. 12. q. 1. & Syl. in ver. Religio, 2. n. 16. & scripsi plenè in c. Porrectum, num. 51. & seqq. supra eod.

31 Restat igitur ut obligatio hujusmodi proveniat ex voto solemnè, quod ex indulgentia Ecclesiæ in hoc speciali casu non obligat illi religioni in specie in qua suscipitur habitus cum proposito vitæ mutandi, sed religioni in genere, ut hic patet. Et hoc innuit dictio illa, saltem, quæ habetur in textu, quasi dicat, qui propoluit absolute vitam mutare, & habitum certæ religionis suscipit, de rigore juris tenetur ibi perpetuò remanere, & regulariter vivere; sed nihilominus ex benignitate permittitur ei, ut saltem possit ad laxiorem regulam pertransire. Et est simile in c. Super eo, supra eod. in cap. Constitucionem, eod. tit. lib. 6. Conferunt quæ de prædicta dictione, saltem, scripsit Bald. dicens illam esse substitutam in cons. 69. Facium tale est, Quidam n. 2. vers. Nam dictio saltem, lib. 2. & Gemin. cons. 37. Dubitatur, n. 5. vers. Secundo probatur sic.

Non obstat quod hoc cap. fuerit correctum per cap. Statutum, infra eod. ut dicit gloss. hic in ver. Distinguedum, quoniam dictum gloss. communiter reprehenditur à Doctoribus: nam in prædicta decretali Statutum, idem per omnia deciditur, quod in hoc cap. Vt in specie advertunt Butr. num. 8. & Abbas, n. 4. vers. in glossa tertia, & mox patebit.

32 Secundo igitur pro hac opinione adducitur text. itidem clarus in d. cap. Statutum, infra eodem, ubi deciditur, Novitios posse infra annum probationis redire ad sæculum, nisi in tribus casibus. Primus est post susceptum Religionis habitum, qui dari profitentibus consuevit. Secundus est post professionem emissam, scilicet verbis solemnibus, & in scriptis factam, & ibi explicat Holl. n.

3. in fin. in verb. Professionem. Tertius est post susceptum habitum probationis cum proposito vitam mutandi absolute. Sed in primis duobus casibus votum est solemnè, ut de professione expressa est planum, & de suscipiente habitum professionis patet in c. Constituit, vers. Tacite vero emissam, infra eod. lib. 6. Ergo & in tertio, arguendo à connexis, & æquiparatis, ad cap. Translatum, supra de consil. & c. Inter corporalia, de translat. Episcop.

33 Tertio pro hac parte adducitur textus in c. Non solum, infra eod. lib. 6. ubi similiter æquiparatur hæc utrius, videlicet professio tacita professio expressa, & propositum absolute vitam mutandi & ponuntur omnia sub unica determinatione, & verborum structura, ibi, (Nisi major tamen quatuordecim annis exstans professus sit tacite, vel expressè, aut evidenter constat illum voluisse vitam mutare.) Una autem determinatio recipiens plura determinabilia debet omnia æqualiter determinare, l. fin. c. de sentent. l. tam hoc iure, §. Sed si aliter, & ibi Bart. n. 1. ff. de vulgar. & pupillar. factis c. Maiores, supra de baptisim. ibi, Ne ad alios prima, & ad alios secunda clausula referatur. Nec satisfaciunt responsio Abbatis hic num. 3. vers. Non obstat, quod in d. cap. Non solum, æquiparatio fiat tantum quoad hoc, ut neuter possit redire ad sæculum; imò enim æquiparatio fit non solum respectu effectus, scilicet obligationis remanendi in religione, sed etiam respectu causæ, quia nimirum hoc propositum cum susceptione habitus est voti solemnè, & obligat ad remanendū in religione, sicut professio tacita, vel expressa, ut clari patet ex tribus fundamentis immediate sequentibus.

34 Quanto allegatur pro hac opinioe tex. ite fragabilis in c. Beneficium de regul. ar. lib. 6. ubi beneficium existentis intra annum probationis in tribus casibus potest, & debet alteri conferri. Unus est si constet quod vitam voluerit absolute mutare. Alius est si professionem expressam fecerit. Tertius est si scienter habitum receperit professori, quia tex. dupliciter inducitur, & primò sic: Prædicti tres casus æquiparatur quoad inducendam vacationem beneficii, imò primo loco recedat propositum absolute vitam mutandi, & professio expressa ponitur media inter propositum mutandi vitam, & receptionem habitus professorum: sed in duobus ultimis casibus votum est solemnè, ut probatum est supra in secundo fundamento pro hac sententia, nu. 32. Ergo & in primo casu, alioquin si hoc propositum esset votum simplex incongrue tex. posuisset illud primo loco, ante professionem expressam, & professionem tacitam, quæ inducitur per susceptionem habitus professionis, arg. c. 1. supra de maior. & obviatur, cum simil. Deinde inducitur sic: Beneficium non vacet per votum simplex religionis, sed per votum solemnè dumtaxat tex. est secundum unum intellectum in c. Gonsalvus, 17. quest. 2. ubi Gonsalvus Presbyter ægrotus Monachum se fieri promissit, & sic fecit votum simplex religionis non tamen monasterio, aut Abb. se tradidit, & sic professionem non emittit, sed beneficium renuntiavit; postea convalescit, & ecclesiam suam repetit, & textus decidit cum debere beneficium se dimissum recuperare. Ergo beneficium novitii etiam dimissum non vacat per votum simplex religionis concord. tex. secundum unam lecturam in c. Extraneus, cum ibi nos, supra de renunciat.

35 Sed

Sed per propositum mutandi vitam absolute vacat beneficium novitij, ut patet in d. cap. *Beneficium*, si enim non vacaret non posset alteri conferri, ut d. cap. *Ex transmissa*. Ergo hujusmodi propositum non est votum simplex religionis, sed votum solemne. Quibus ponderationibus evertitur responso Sylvest. asserentis ex proposito mutandi vitam oriri obligationem quandam ad religionem in genere, per quam inducitur vacatio beneficij. Quoniam hac vacatio non inducitur si propositum illud cum susceptione habitus non esset professio. Obligatio enim ad Religionem in genere si proveniret ex simplici voto non esset majoris efficaciz ad inducendam vacationem beneficij quam sit obligatio ad Religionem in specie, quz oritur ex voto simplici proficendi certam religionem, quz beneficij vacationem non inducit, ut proxime probatum est.

36 Quind hz sententia probatur a simili; nam obligatio ad religionem in genere, quz de jure oritur ex susceptione habitus professorum infra annum probationis in Religiosis tam Mendicantium, quam non Mendicantium non provenit ex voto simplici, sed ex tacita professione, ut est tex. rotundus in cap. *Constitutionem*, *infr. eod. lib. 6.* in illis verbis: Tacite vero facta infra probationis annum per susceptione habitus, qui profitentibus tantum datur, & non illi specialiter, cujus habitus est susceptus, sed generaliter religioni alicui recipientem obligat. Ergo similiter & obligatio ad religionem in genere, quz oritur ex proposito mutandi vitam absolute cum susceptione habitus Novitiatu certz religionis juxta text. hic, non provenit ex simplici voto, sed ex tacita professione. Quod si contrarietate, aut assigna si potes inter hos duos casus sufficientem rationem diversitatis; aut in sententiam nostram descendere, arg. c. 2. de *translat. Episcop.* & c. *Tua de consanguin. & affin.*

37 Sexto adducitur pro hac parte alia similitudo. Habitus professorum extra monasterium assumpti tacitam professionem non inducit, c. *Vt clerici*, *supra eod.* gloss in *Clemen. Fos. in ver. In aliqua, de regular. Abb. in c. Porrectum*, *num. 8. supra eod.*

38 & tamen si preceat votum simplex continentiz votum solemnizatur per assumptionem predicti habitus, etiam extra monasterium, textus est in c. *Ex parte*, *il primo*, *infr. de convers. coniug.* & in c. *Infirmante*, & ibi dixi, *num. 15. & num. 17. infr. quz cler. vel vovent.* Innoc. Abb. Antiq. & alii, n. seq. allegandi. Ergo pari ratione quamvis habitus probationis in monasterio receptus non inducat professionem tacitam, c. *Ad Apostolicam*, *supra eod.* cum suis concordant. tamen secus dicendum est si preceat votum simplex religionis, seu propositum absolute vitam mutandi, ut hic; nam duo imperfecta in hac materia faciunt unum perfectum, ut dixi supra in 4. not. & plenius in cap. *Vidua*, *an. 33. supra eod.*

39 Ultimo probatur hz sententia secundum Innoc. Host. & Abb. Antiq. hic, quibus ceteri consentiunt; nam si quis emittat votum simplex continentiz, vel abdicacionis proprietatis, vel obedientiz, & sic unum ex substantialibus monachatus, ut cap. *Cum ad monasterium*, *infr. de stat. Monachor.* & postmodum voto tali emissio suscipiat habitum probationis, hoc casu votum in susceptione habitus solemnizatur, ut probatur secun-

dum eos in cap. *Memini*, & in cap. *ult. infra*, *qui cler. vel vovent.* & arg. cap. *Ex parte ipsius*, *de convers. coniug.* Ergo multo fortius per susceptionem talis habitus solemnizatur propositum absolute vitam mutandi, in quo tria substantialia regulz includuntur. Unde secundum Innoc. & alios multo magis in susceptione habitus solemnizatur votum, quo quis renunciat saculo. Et est ratio quare predictis modis solemnizetur votum, nempe quia ex quo predicta quis vovit, cogendus est ea servare etiam habitum no suscipiat. Igitur tutum est ut dicamus quod si per se facit illud, quod sine habitu servare tenetur, suscipiendo postea habitum, presumptione juris, & de jure presumatur hoc velle adeo roborare, ut de cetero non permittatur deserre habitum, sic susceptum: nam qui duplicat, firmat l. *unica ad fin. C. de plus petition.* & est opt. arg. in l. *Si mulier*, *de secunda s. Sin autem*, c. *ad Velleian.* quam rationem discretis verbis assignant hic Innoc. *num. 2. Host. num. 7. vers. Ratio autem*, Jo. Andr. *n. 5. vers. Est autem ratio*, Cardin. *in 4. q. n. 4. Butr. & Anchar. ambo, n. 7.*

Ex his arbitror hanc tertiam opinionem fulciri optimis fundamentis & ad jura preallegata non adzquate a Theologis responderi, immerito carpi Canonistas nostros, quasi vim voti non intelligant.

40 Hunc cum in cap. *Non solum*, *infr. eod. lib. 6.* dicatur non presumi quem voluisse vitam mutare, nisi clara probatione, & competentibus indicijs ostendantur: Reliquum est ut videamus quz sint huiusmodi indicia. Et quidem a Doctoribus enumerantur infra scripta, duo ponit gl. in cap. *Statuimus*, *in ver. Nisi evidenter appareat*, *infr. eodem.* Primum si in sua reputatione renunciat saculo expressis. Secundum si receperit velles, quz proficentibus tantum dantur. Tertium ponitur hic ab Innoc. in *princ. in ver. Proposuerit*, & Host. *n. 3.* videlicet per confessionem suam, quam modo facit. Quod tamen limitat Host. Nisi talis confessio esset matrimonio carnali prejudicialis, ut cap. *Super eo*, *infr. de eo qui cogn. consang. uxoris sue*, de quo dic ut legitur, & notatur in c. *Penult. infr. de raptor.* Quartum itidem ponitur ab Innoc. & Host. *ubi supra*; id est si in ingressu protelatus fuit coram testibus, quod intendebat vitam mutare. Quintum, & sextum ponitur in d. c. *Non solennizans gl. in ver. Indicijs*, nimirum si beneficium renunciat, vel de bonis propriis verbo, & re disposuit, & in idem recidit quod Host. *num. 11.* & alij dicunt, si omnia bona sua divisit. Septimum est quod ponit *ibidem* Host. Si testamentum fecit. Sed hoc non placet, quia cum testamentum sit revocabile. hinc non efficit evidens probatio quod voluerit in religione perpetuo deservire, ut requiritur textus in d. c. *Statuimus*. Ob quam rationem S. Congreg. Cardinalium Concilij Trid. Interpretum declaravit ejusdem Concilij decretum, c. *16. sess. 25. de regul.* quo invalidatur renunciations non factz infra duos menses ante professionem, & de licentia Ordinarij non comprehendere testamenta, & alias ultimas voluntates; quia nimirum ex illis non admittitur novitio libertas redeundi ad seculum infra annum probationis. Unde non sine mysterio gl. preallegata in d. c. *Non solum*, dicit verbo, & re, quasi sentiens non sufficere, ut de rebus propriis disponat verbotenus, & per

perviam ultime voluntatis. Octavum est, si renunciat anno probationis, seu beneficio Decretalis *Ad Apostolicam*, *supra eod.* secundum Host. Quod & Cajetanus admittit loco citato, videlicet in 2. 2. q. 88. art. 1. *dub. penult.* ubi dicit hoc c. Recipere declarationem a c. *Statuimus*, *infr. eod.* & intelligi de proposito mutandi vitam habente implicitam promissionem, quale est propositum illius, qui renunciat anno probationis, facit enim quantum in se est quod facturus esset probationis tempore cōpleto. Nonum, si renunciat propriis, aut castitatem, vel obedientiam promisit, secundum Innoc. & alios superius relatos in ultimo fundamento pro sententia Consillarum, *n. 39.* Decimum est in ingressu bona sua monasterio donavit absque protestatione; secus si protestatus fuit quod conditionaliter intrabat ut regular probaret, quz prazsumitur mortis causa donasse, nisi aliud in donatione expresserit, ita Host. in c. *Statuimus*, *n. 4. vers. Quid de his que legaverat*, *infr. eod.* quem ibi sequuntur Jo. Andr. *n. 2. eod. vers. Cardinal.* in 2. not. in 4. *quasi. Abb. n. 3. vers. Sed quare hic Hostien.* & alii communiter S. Anton. in 3. *par. tit. 16. c. 2. & 4. vers. Quare enim*. His igitur indicijs, & signis, vel si quid aliud simile faciat, vel dicat, per quod enixa eius voluntas appareat, conitare dicitur evidenter eum voluisse absolute vitam mutare. Unde si postea qualemcumq; habitum religionis suscipiat, jura prazsumunt eum velle votum suum implere, & solemnizare, tacite profitendo, & hz est presumptio juris, & de jure, ut dicunt Doctores, contra quz non esset audiendus, qui suo juramento firmare velle se in susceptione habitus non habuisse animum proficendi, ut c. *Vidua*, *in fine*, & ibi dixi *in ultimo not. ab. num. 9. supra eod.* & hoc in foro Ecclesiz, sed in foro anime, & quod Deum in tantum fertur obligatio voti, in quantum se extendit voluntas, & intentio voventis, ut per D. Tho. in 2. 2. q. *ult. not. 4.*

42 Sed dices; Hodie inanis videtur prolixz hz disceptatio, cum ex Concilio Tridentino nulla sit professio facta ante annum probationis elapsum, nullaque inducat obligationem etiam ad religionem in genere, ut colligitur ex verbis c. *15. vers. Professio autem antea facta*, *sess. 25. de Regular.* & ex sententia S. Congreg. dixi in c. *Quia ingredienti*, *num. 22. supra de restam.* Idque etiamsi precesserit votum: nam cum dubitatum fuerit an is, qui ex voto religionem ingreditur, possit in ea valide etiam ante annum probationis professionem emittere salvo Decreto Tridentini Concilii, *cap. 15. sess. 25. de Regular.* S. Congregatio responde non posse. Frustra ergo queritur, an qui propositum absolute vitam mutare, suscipiendo post habitum probationis, censetur tacitam professionem emittere obligantem cum ad religionem in genere, cum hz tacita professio infra probationis annum, & obligatio inde susceptans fuerit proflua a Concilio sublata, ut plenius dixi in predicta Decretali. *Quia ingredienti*, *eod. n. 22.* & dicam *infr. n. 57.* At respondeatur hunc casum ad huc posse contingere non obstantem Tridentini Concilii Decreto. Ecce Novitius expleto anno probationis dimisso habitu redit ad seculum; postea propositum absolute vitam mutare secundum aliquem ex modis enumeratis supra *num. 40.* profecto si cum tali proposito ad

religionem reverlus iterum suscipiat habitum probationis, nullo censetur professus tacite, & obligatus est in genere, neq; enim hoc casu illi obstat decretum Concilij nec renebitur per alium annum in probatione stare; sed statim proficere poterit expressis, vel tacite, nisi religionis, aut persone conditio sit immutata. secundum opinionem Bartholom. Brix. *in su. quasi. Venerabilis*, *68.* quam sequitur gloss. in c. *Enn.* *qui de reg. tur. lib. 6.* & sapius probavit S. Congregatio Concilij. Rursus possit accidere hic casus in eo, qui habitatus est a Papa ad emittendam professionem sine ulla probatione. Quare prazens disputatio non est inutilis.

43 Possit etiam attentari hunc casum contingere posse in novitio, qui per annum gestavit habitum novitorum distinctum ab habitu professorum; nam si postea proponat absolute vitam mutare, & pergat in deatione habitus huiusmodi, videtur potest votum suum solemnizare, argum. l. *Si mulier*, *de secunda s. Sin autem*, c. *ad Velleian.* cum concurrant duo requisita ad hoc necessaria, videlicet propositum, & habitus. Contrarium tamen credo verius quia ad hoc ut votum solemnizetur, jura, & Doctores requirunt, ut preceat propositum, & postea recipiatur habitus. Ex hac enim juris interpretatione censetur quis propositum suum velle roborare, ac perficere, adeo ut sibi non liceat amplius ad seculum reverti, ut sapius repetitum est. Quz ratio cessat in eo qui primo suscepit habitum novitatus, & post annum propositum vitam mutare; nam cum hoc propositum sit votum simplex, solemnizari non potest nisi sequatur novus actus, qui preceat uti votum adiciat robur & firmitatem, qualis est nova susceptio habitus, ut hic patet, non autem continuatio habitus jam suscepti. Quod ergo non est Patrum Decretis sancitum, & c. *Consulti*, *2. q. 4. c. Inter corporales de translat. Episcop.*

44 Secundo QUERRO, An professi in religione a Sed. Apostolica non approbata, quam putabant approbatam, sint obligati ad religionem in genere.

Hzc questio est admodum dubia, & implexa ob varias Canonistarum opiniones: nam gloss. in c. *un. in ver. Approbatus*, *de voto*, *lib. 6.* ubi definitur votum solemnizari per professionem factam alicui de religionibus approbatis. Ergo, inquit, si proficetur religionem non approbatam, si postea contrahit, tenet matrimonium; quod verum patet etiamsi quando profitebatur credebat illam approbatam. Ita gloss. quz videtur sentire ex professione emissa in religione no approbata no oriri obligationem ad religionem in genere, si sequatur opinio Franchi in c. *Constitutionem*, *num. 4. vers. Secundo adverte*, *infr. eod. lib. 6.* Exultimantis per obligationem ad religionem in genere dirimi matrimonium postea contractum, quz fuit opinio Innocentij, & Canonistarum ferē omnium, ut dixi supra *num. 25.* Glossam sequuntur illic Archid. *prope finem*, *in ver. Approbatus*, Jo. Andr. Anchar. Gemini, & Franch. qui omnes reddunt rationem, quia in his spiritalibus veritas preteritur opinioni, & *Hebra. 35. quest. 9.* ubi gloss. *fin.*

47 Ceterum Jo. Andr. *ibidem num. 3.* allegat in contrarium jura, quz probant impedimentu oriri etiam ex actu nullo, c. *un. de bigam. lib. 6. & c. un.*